



Ad Ioannis Cochlei de canonicae scripturae & Catholicae ecclesiae autoritate libellum, pro solida scripturae canonicae autoritate, tum & absoluta eius perfectione, ueraq(ue) Catholicae ecclesiae dignitate, Heinrychi Bullingeri orthodoxa Responsio.

<https://hdl.handle.net/1874/406634>

AD IOANNIS

COCHLEI DE CANONICÆ SCRIPTVRÆ
& Catholicæ ecclesiæ authoritate libellum, pro solida
Scripturæ canonicae authoritate, tum & absoluta
eius perfectione, ueraç Catholicae ecclesiæ
dignitate, Heinrichi Bullingeri
orthodoxa Responsio.



I E S V S.

Hic est filius meus dilectus, in quo placata est anima
mea, Ipsum audite.

Matth. 17.

TIGVRI APVD FROSCHOVERVM
Mense Martio, Anno M. D. XLIV.

ЧИТАСІД

Слуга Господня за землю
Рускую и въ Сибирь и въ Китай
и въ Северную Америку и въ Европу
и въ Азию и въ Африку и въ Австралию
и въ Америку и въ Азию и въ Африку
и въ Австралию и въ Азию и въ Африку

Благодати Господни съмъ и яко
Благодати Господни съмъ и яко

AD IOANNIS CO

CHLEI DE CANONICAE SCRIPTVRAE ET

Catholicæ ecclesiæ authoritate libellum, pro solida Scripturæ
canonicæ authoritate, tum & absoluta eius perfectione,

ueracq; catholice ecclesiæ dignitate, Heinrichi

Bullingeri orthodoxa Responsio.



ON ignoro optimis quibusq; magnis ex cau-
sis, ualde displicare moē nostri sāculi, quo mul-
ti nimio rixandi altercandiq; studio inflamma-
ti, adeo acidis, fœdis & uirulētis conuitijs se mu-
tuō conspuunt, proluunt ac lacerant, ut non im-
merito mireris quis ipfis tam exquisitam malo-
rum uerborum copiam suppeditret. Non caruit
quidem ea animi impotentia maledicentiaq; omni fructu hactenus
ex aduersarijs, quos multi uiri boni propter immodica conuitia abo-
minari, rursus autem aures æquiores ueritatis prædicationi præbere
ceperunt. Vicissim uero non profuit admodum, sed obfuit q;pluri-
mum, si quando euangelicæ ueritatis præpostere studiosi malum ma-
lo, conuictum conuictio retaliantes, modestia illa Christiana, quā uas
electionis Paulus innotescere uult omnibus, exciderūt. Nam & cau-
sam optimam reddiderunt suspectam, synceros item euangelijs præ-
cones plurimis odiosos effecerunt, ac cursum euangelijs impedierūt
apud simpliciores parumq; iudicij & roboris etiamnum habentes.
Fateor ut grano finapis, ita uerbo dei suam esse acrimoniam, præser-
potrunitatem probari, qui & alio in loco dicit, Oportet episcopum
tenacem esse eius qui secundum doctrinā est fidelis sermonis, ut po-
tens sit etiam exhortari per doctrinā sanam, & cōtradicentes conuin-
cere. Sunt enim multi intraetabiles & uaniloqui & mentiū seducto-
res, quibus oportet *in iisouīsp* os obturare seu occludere. Proinde nō
ea sum sentīcia, uelut peti aduersariorum petulans ferē & sordidum
genus hominum liberiore aliqua stili acrimonia non debeat, præser-
uum cum isti omnia sibi & in ueritatem & in ueritatis ministros per-
mittat. Aduersarijs modo, nostros, quos propter euangelijs professio-
nem, nisi non sint nostri, modestia decet iusta, nolim pares effici, qui
iskorum rabiem ac maledicentiam uel pensare uel gradibus aliquot
superare contendant. Ego certē modis omnibus conabor, ne conui-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

nando iurgandoq; & quis lectoribus pergam esse molestus. Ad rem,
 non ad personam, quod dici solet, respondens, respiciā, memor utiq;
 illius Apostoli, Sitis parati semper ad respondendum cui libet peten-
 ti, ut loquamini de ea quæ in uobis est spe cum mansuetudine & re-
 uerentia: illius item, Sapienter ambulate erga extraneos, opportuni-
 tatem redimentes, sermoq; uester semper cum gratia fitsale conditus,
 ut sciatis quomodo oporteat unicuiq; respōdere. Quod si alicubi pa-
 tentia meiç oblitus & superatus affectu, acris liberiūs aduersari-
 um perstrinxero, peto & oro ut imbecillitatis memores humanae
 pro me apud clementissimum patrem deum oretis. Scio enim quan-
 ta cum religione & cura hic mihi sit uersandum coram ecclesia Chri-
 sti, qui de quo quis otioso uerbo rationem in illo die reposceret. Atq; in
 eo ipso non parum mihi ipsi displico, quod iam cogor in gladiato-
 riū descendere harenam. Maluissem enim, si licuisset per aduersari-
 um, sine antagonista ueritatis pietatis ue negotium placide irāqui-
 lo flumine nauigans tractare. Libenter sanè obiticissim proiussi, nū
 impietas esset facendo ueluti agnoscere crimen impietatis, cuius mi-
 hi per gratiam dei non sum conscius. Corpus profecto hoc mecum
 haud grauatum, fauente mihi salutifica Christi gratia, impēderim pro
 Christo & confessione euangelij eius, tantū abest ut mea scripta uel
 dicta uelim aduersari gloriæ nominis eius. Feram item conuincio-
 mnia propter Christum satis & quanamiter: ad hæreseos, seditionis,
 oppugnationisq; ecclesiæ dei atrocia crimina mutius esse nec uolo
 nec debeo. Non certatur hic de oleastro, sed de religione nostra fau-
 tari: nō certatur de legibus Solonis aut Lycurgi, sed de lege uerboq;
 omnipotētis & æterni dei. Ego fidem meam, quam habeo de autho-
 ritate & absoluſa scripturarum perfectione, scripto publico testauis
 sum. Hanc summis oppugnat uiribus edito libello Ioannes Coch-
 leus, magno simul conuictorum nimbo immeritum adobruens,
 ac hæreses, schismata, seditiones & dira quæq; in nos contorquens.
 Iubet ergo ipsa pietas, iubet & equitas, imò compellit ipsa necessitas,
 confessam tueri ueritatem, meamq; defendere innocentiam, ni defen-
 tor fidei meiç ipsius uideri uelim. Quid quod ille me prouocat ua-
 lide, magnisq; à me obtestationibus aliquam saltiem responsum
 efflagitat? Magnā mox ab initio modestiam pollicetur, sed inter dispe-
 rendum sui, opinor, oblitus, aut criminatione ita assuetus, pessima
 quæq; in nos effundit cōuitia. Cur autem me præcipue è multis de-
 legerit cui certamen indicaret, cum non solus hoc argumenti tracta-
 sim, ipse uiderit. Fallitur profecto, si me suo elogio, quo me obiter or-
 mar, uel tanquam commoueri putat. Commendat stili nostri elegan-
 tiam,

tiā, ingenium item varia lectione & eruditione cultum atq; instru-
fum. Sed fingit hoc fortassis in suum commodū, ne uideatur cum
gregario quolibet, quod dicitur, manus cōseruisse. Verum quicquid
sentiat Cochleus de me, h̄o magnopere curo. Neg; mihi ipsi ob ista
eius sine simplicia sive figurata præconia, excido. Didici iam olim
mecum habitare, ac probe meam nosse penuriam, imo ingenue con-
sideror pertenues esse illas meas qualescunq; facultates, quas tamen ut
humiliter à domini gratia me accepisse cōsideror, ita ad gloriam eius,
ecclesiæ sanc̄tæ incolumitatem fideliter cupio dispensare. Christo
seruatori desidero probari, probari autem fide sincera, charitate non
ficta, & spe firmissima. Non presumebat Apostolus quicquam se sci-
re in ecclesia dei, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, qui datus
est nobis à deo sapientia iustitiaq; sanctificatio & redēptio, ut quem-
admodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino glorieatur.

His uero haētenus tanquam præfari libuit, quibus iam nonnulla
in ordine agendi meo adiçiam. Non est quod expectet lector, ut
in respondendo filum orationis Cochleanæ sequar. Quemadmo-
dum enim hoc intricatissimum est, perspicuitate carens & euidentia,
ita si singula uellē minutatim excutere, nihilq; relinquere intactum,
opus mihi nasceretur prolixius Iliade. Neq; id à me fieri inique cla-
mabit aduersarius, cum hoc ipsum sibi quoq; in sua ad me responsio
ne permiserit. Non intendo, inquit, ad omnia tua sigillatim respon-
dere, sed ad præcipua duntaxat rerum disputabilium capita quæ gra-
uioris sunt ponderis & momenti. Atq; utinam hoc quod amplificis
policebatur uerbis, re ipsa præstissem. Deprehendenti enim quicunq;
illius scripta nostris composuerint, nostra quibus solidam & authen-
ticam autoritatem, absolutam item scripturarum perfectic nem mu-
nimus, & pie propugnamus, à pugile hoc sua sententia admodū stre-
nuo adeo non esse uel commota uel conuulsa, urea in quibus maxi-
mum est præsidium, præterierit intacta prorsus. Porro id non meo tri-
buo ingenuo, nostra uerbi struētū aut ari, sed ueritati uerbi dei sem-
per inuitæ & consurgentī aduersus omnem uerſutiam hominum.
Cum uero aduersarius non potuit claro uerbi dei fulgore suas illas
illustrare nārias, lectoribusq; commendabiles facere, sumo excitatio-
nem, ne plenū nostris præberent assensum. Principio ergo sumos
Romanarum legum admiratores, retineret in officio, aut auerteret
nebulasq; eius discutiemus, quas non obscuræ, uerbo ab sit inuidia,
uero tractationem nostram dilucidius paulo illustrantes rebabí-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

mus. Deinde alterum caput libri nostri de absoluta scripturarum perectione editi, contra Cochlei sophismata defendemus, demonstrantes palam & diserte eos fidei articulos in scripturis doceri quos Cochleus explicari aut expresse literis sacris comprehendi negat. Interim ualde mihi ipsi gratulor in pugnam protracto argumentum obuenisse tam plausibile imo sacram defendendum. Scio enim cui seruam: scio quod ueritatis caussae optimae & inuictae, negotium agamus. Dominus, cui seruio, faxit, ut ipsam multo cum fructu feliciter & sanguine peragam. Postremo autem respondebo ad criminationes, conuictas contumelias, calumnias atque fulelas Cochlei, quibus ille nos conspuens obruere totos & toti mundo inuisos reddere satagit. Dominus hominis misereatur. Compendio autem & simplicitati studebo, ac optime mea defunctum functione arbitrabor, si cordati lectores intelligent Verbo domini, scripturæ inquam canonicas, primam deberi gloriæ, & hanc ex se ipsa, non ulla alia ex re, quia dei uerbum est, esse authenticam, ad quam ceu unicam cynosuram sancta dei eccllesia unice respicit in omnibus, omnia inde sua, ut est plenissimo omnis pieratis fonte petens, crededorum nimur agendorumq; regulam formulamue perfectissimam. Hoc enim melius fore puto q; ac concertatione instructa, & exquisita criminatione adornata, frustre meisplum fatigare imo polluere, & lectores offendere ac molestare. Dominus Iesus fauet coepitis nostris.

Cochleum cum Papisticis socijs insincere disputare de authoritate scripturæ & ecclesiæ.
Caput I.

Occasio hu-
ius disputa-
tionis.



OTVS liber meus quem Cochleus oppugnat, duabus absoluitur partibus. Prior docet scripturā ipsum dei uerbum longe maius esse & certius, q; quod egeat uel ap; probatione ecclesiæ, uel ulla confirmatione humana. Huic tractationi occasionem suppeditarunt factionis papisticae homines, qui Romanas pontificiasq; leges defendantes, disputatione ne sit scripturarum an ecclesiæ authoritas, ac protinus pronunciant ecclesiæ esse priorem maioremq;, utpote sine cuius assensu & ap; probatione nullam authoritatem haberent scripturæ. Ceterum Cochleus mox ab initio libri sui clamat, hanc meam de uerbi dei autoritate tractationem curiosam potius q; necessariam, & ex incommodo zelo profectam uideri, cum negat Papa negat catholicorum quicquam quicquam uerbo dei deroget, authoritatemue eius cupiat la-
befactaram. In 3. cap. Nos non dicimus, ait, potiorem & maiorem ecclie

esse ecclesiæ quām euangelij aut canonice scripturæ authoritatem, sed tecum unanimiter credimus omnem scripturam sacram suam ē et cœlo & à spiritu sancto (qui utiq; potior ac maior est q; ecclesia) habere authoritatem, certitudinem & infallibilem ueritatem: & anathema dicimus omnibus qui aliter sentiunt. Hæc ille. Paucis itaq; pīs lectoribus planum faciam quid papistica factionis homines, quos Cochleus Catholicos appellat, de authoritate scripturæ & ecclesiæ, non in publicis modo concionibus ad plebem, in quibus pleriq; nihil non sibi permittūt, sed & libris editis docent: ut inde clareat quibus anathema dicat Coch. & quod nulla curiositate, nullo inconsiderato zelo, sed iustis ex causis ad hoc argumentum tractandum descendenter: deniq; Cochleum cum suis aut non cōuenire, aut in præfenti non ingenue aut candide quod sentit confiteri: aut certè mea extenuando, contemptu, apud lectorum simplicem, obruere uelle.

Ioannes Eccius foris illus, à suis habitus, Romanæ ecclesiæ pro Eccij do-
pugnator, in Loci suis asserit id quod sancta mater ecclesia definit Et rina de
& acceptat, non minori ueneratione tenendum firmitateq; creden- authorita
dum esse, q; si in diuinis literis exprimatur. Ac inter alia de ecclesiæ scripturæ & eca-
hacloquens, fateretur quidem ecclesiæ esse omnium fidelium con- gregationem, mox tamen, Prælati, inquit, & potiores in ecclesiæ con- cœliæ.
gregati sunt ecclesiæ representative. Idem inter hæreticorum obie-
ctiones hanc propositionem collocat, Maior est scripturæ quām ec-
clesiæ authoritas. Ac idem rursus, Ecclesia, inquit, est antiquior scri-
ptura. Hæc non est authentica sine authoritate ecclesiæ. Hunc Co-
chleum sive Choragū sequitur reliqua sacrificum & monachorum
monstrifica turba, ad eandem saltitā mensuram. Horum enim sunt
illæ propositiones, Ecclesia est super scripturam. Ecclesia immutare
potest quæ sunt scripturis tradita: & quæ sunt huius generis reliqua,
ueræ contraria pietati. Imo ne quid desit temeritati plus q; gygantez,
inservit se huic fuliginoso choro ineptissimus saltator picalis quidā
monachus, qui ad cumulum illum ineptiarum scriptio publico hæc
quocq; adiecit, Adeo scripturæ non sufficiunt ad quorumlibet creden Scriptura-
torum stabilitationē, ut etiamnū multis sint occasio errorum. Hęc scili errorum o-
rari sunt istorum hominum præconia quibus scripturam ornantes, ee casio.
eclæ commandant.

Habet autem paucula ex multis lector pius, ex quibus intelligat,
quid aduersarij, qui suis illis ineptijs zelui meum non iniustū, op-
por, irritarunt, & me ad scribendum impulerunt, de scripturarum &
ecclesiæ authoritate sentiant. Ea si agnoscit Cochleus, qua mente au-
det socijs suis anathema dicere quo uult, aut qua fronte scribit ne-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

minem ex catholicis, id est papisticis, scripturæ sive uerbo dei derogat? An non derogat scripturæ, qui dicit has adeo non sufficere ad tradendam ueram fidem, ut multis potius suppeditet errorum occasio nem? Hic certe absolutam scripturis perfectionem adimit, imo non modo adimit, sed & atroci cum blasphemia seductionis quodammodo insimulat. Non potest illas ex seipso tenebras fundere sol: ac uerbum ueritatis lux est sole ipso clarior, quomodo itaq; in luce illa illumissima tenebra sunt? quomodo ex ueritate error & seductio existat. Multo religiosius & circumspetius apostoli loquentes, ex nobisipsis ac seductore prisco seductionem errores & mala deriuat. Nam Paulus, Si adhuc, inquit, uelatum est euangelium nostrum, in his qui preuent uelatum est, in quibus deus huius saeculi excœauit sensus incredulorum, ne illucescat ipsis lumen euangelij, 2. Cor. 4. Et S. Petrus de epistolis Pauli loquens, Inter quæ, inquit, sunt nonnulla difficultas intellectu, quæ indocti parumq; firmi detorquent, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perniciem: manifestissime utiq; perniciem non in scripturas, sed scripturarum detorsionem reijsiens. An nō derogat scripturæ, id est uerbo dei, qui purissimæ scripturarum doctrinæ componit & æquat definitiones prælatorum, & prælatorum quidem huiusmodi, qui quales sint nouit propemodū totus orbis? Aut quomodo non labefactata cupit scripturæ autoritatem, qui hanc inter hereticas obiectiones propositionem, Maior est scriptura q; ecclesiæ authoritas, recenseret? deniq; qui hanc palam illi oponit, Scriptura nō est authentica sine autoritate ecclesiæ. Rursus an non praeponit uerbo dei ecclesiam, qui tanti ipsam facit, ut scripturæ ex seipso nihil authoritatis relinquat, omnem ipsi deriuet participemq; ex maiestate ecclesiæ? Pater ecclesiam, inquit ille, antiquorem esse scripturæ negat hanc esse authenticam, nisi ex autoritate ecclesiæ. Porro si haec non agnoscit Cochleus, conuinceatur libris editis. Si fuso & commoda aliqua interpretatione perrexerit ornare, redarguetur conuinceturq; sententijs minime ambiguis & obscuris, sed nimium ruditibus & ruditate inopiaq; mirabiliter claris. Si dixerit nihil ad se pertinere, quod alij libris editis inepit & nimis absurde disputatione, certe non poterit dissimulare Eccij sui de ipso, id est Cochl. testimonium. Ille enim post longam disputationem de autoritate habitam ecclesiæ, in qua ea quæ in præsenti adduximus profudit, relegatandæ & sub finem disputationis ad librum Ioannis Cochleï de autoritate ecclesiæ scriptum: quem licet non uiderim unquam, facile tamen ex citatione Eccij colligo, Cochleum eadem sentire cum Eccio. Quod fita habet res, quid obsecro necessum erat tantopere afferere neminem ex papistis

papistis derogare uerbo dei, neminem scripturis preferre ecclesiam.
 Cur piget aut pudet fateri palam simpliciter & citra figuram uerbo-
 rumq; ambages, quod præcipios Papismi propugnatores non pi-
 gunt rotundo ore & quam crassissime profiterit? Nos ingenue & can Aperta &
 dide agimus, liberaq; uoce & uerbis significantiis. profitemur Ver- dilucida ue
 rum dei ecclesia esse maius, ac certius, quam quod egeat ulla ecclesiæ ritatis con-
 approbatione: cum ex seipso sit authenticum. Id prorinus scripturis fessio.
 demonstramus, & iustis rationibus confirmamus. Hoc ipsum itaq;
 uel agnosce & confitere nobiscum simpliciter; uel doce scripturæ lo-
 cos à nobis prolatos nil ad negotium siue institutum nostrum perti-
 nere: aut scripturarum testimonijs fideliter prolati, ostēde maiorem
 esse uerbo dei ecclesiam, ostēde uerbum dei siue scripturam ex seipso
 non esse authenticam, nisi ecclesiæ authoritas accedēs efficiat authen-
 ticam. Nec est quod Prothei in morem in omnes te formas sophisti-
 ce conuertas.

Discutiuntur nebulae offusæ claræ & authenticæ scripturarum
 .authoritati. Cap. II.



On pluris, inquit Coch, facimus aut preponimus (ut in
 uidiose dicis) ecclesiæ iudicium uerbo dei, sed rectam san- Status con
 etarum scripturarum intelligentiam ab ecclesiæ potius trauersia. -
 doctoribus quam ab haereticis addiscimus. Ita ne uero
 serio hæc loqueris Cochlee? Quid hæc obsecro ad rem faciū, de qua
 nobis disputatio est? An oblitus es status cōtrauersiae? Si nescis, de au-
 thoritate scripturarum disputamus, non de sincera scripturarum ex
 positione atq; intelligentia. Habet hæc priuatam suam consideratio-
 nem. Ignoras, opinor, in disputationibus omnia & singula argumen-
 ta ad statum esse dirigenda: perinde ut uidemus certantes arcubus
 omnes suas ad scopum collimare atq; iacere sagittas. Quod mox in
 altero membro appendis, nec ipsum quidem quicquam ad nos per-
 tinere uel tantillum contra nos facere putamus, Et de scripturis que
 nam, ais, authenticæ sint & diuinitus traditæ, ecclesiæ potius q; syna-
 gogæ & haereticorum iudicium sequimur & approbamus. Quasi ue-
 ro quisquam nostrum unquam putarit aut docuerit scripturas ex lu-
 daicæ synagogæ aut haereticorum schola & iudicio uel recipi uel re-
 jici oportere. An nondum intelligis nos tantum honorem scripturæ,
 que uerbum dei est, deferre, ut simpliciter dicamus Verbum dei ex se-
 ipso, quia uidelicet dei uerbum est, authoritatem habere, & non ulla
 uel sanctissimorum hominum indigere approbatione nedum im-
 purissimorum haereticorum aut pertinacium Iudeorum.

AD IO. COCHLEI LIBELLVM.

Quonodo Rursus quod dicas, Non concesserim tibi Christum semel reijice-
usirpetur re omnium hominum approbationem. Vult enim nos homines in
vocabulum ipsum credere, hoc est sibi fidem haberi. Quis autem credit, nisi qui
approbadì approbar. Etreliqua: indicatte magno laborare calumniandi mea-
in hac re. peruertendi studio. Neḡ enim ignorare potes me in hac disputatio-
ne uocabulo approbandi non ut pro eo quod est credere, assentiri,
fidemq̄ tribuere rei propositae: sicut nō raro usurpatur à scriptoribus
Latinis: sed pro eo quod est authoritatem rei per se alioqui dubie cla-
re, id est authenticam facere: ueluti cum res aliqua per se quidem am-
bigua proponitur, certa autem redditur approbatione sapientiū, qua-
per se relinquatur incerta, nisi uidelicet istorum accederet interpo-
nenturq̄ approbatio. Ita sanè affero Christum & uerbum eius diui-
num omnium hominum reijcere approbationem, id est, cum per se
authenticum sit, non egere hominum approbatione qua- reddat au-
thenticum. Imò repetam hic quod in libro meo disertis uerbis sic po-
sui, Fateor sanè approbationē fidem quandam habere eius rei quam
credimus. Nisi enim ea nobis probaretur, nō crederemus. At hic ipa-
res quam credimus, ex seipsa habet authoritatem, suapte uirtute &
præstantia insinuantem se animis nostris: quam etiam prompte reci-
piunt, receptr̄q̄ se submittunt per omnia, quicunq̄ recipiunt, non
aliunde nedum ex seipsis aut ullo homine expectantes confirmatio-
nem. Illud uero genus approbationis quo de loquuntur aduersarii,
censuram sibi in eam rem uendicat, qua per se erat credēda: atq̄ ideo
præfert se rei credēdæ, adeo ut planè existimet hanc instabilem pro-
fusq̄ nullam futuram, nisi suns accessisset calculus. Nam ita loquun-
tur isti, Si scripture & euangelium non esset approbatū & receptū
ab ecclesia, nullum omnino esset. Hæc protinus in cap. 1. lib. mei po-
sui. Porro in his æquis lector luculenter cernit calumniādi studium
Cochlei, & quare commendationem & testificationem ecclesiæ tri-
buam, approbationem non tribuam, quod aduersarius ualde exagi-
tat, & multum pro se facere putat. Commendat enim ecclesia, id est
committit scriptures fidelibus ceu certas & fide dignas: non ipsa sua
authoritate ex incertis facit certas, sed ideo quia ex seipsis certissima-
sunt, fidelibus commendat. Ita testificatur de scripture quod sit uer-
bum dei & ueritas dei æterna. Ideo autem testificatur, quia uerbum
dei est: non ideo sit uerbum deiscriptura, quia ecclesia testificatur. Ve-
rum satis copiose de his disputauit in libro meo.

Luciferani Iam cum scripture ipsissimum uerbum dei sit, quid peccavi obse-
ca superbia, quod dixi Luciferanicam esse superbiam, afferere euangelio atq̄
scripturis tantum inesse fidei atq̄ momenti, quantum illi conceditur
ecclesiæ.

H. BULLINGERI RESPONSIO.

5

ecclesiæ suffragijs, hominum in quam in ecclesia. Ita enim præferunt
se homines ipsi deo, non æquant modo: quod reuera diaboli inge-
nium est. An enim non præferunt se deo, qui suum iudicium, suam
approbationem, tanti faciunt, ut sine hac, authoritate uera carere di-
cant uerbum dei?

Verum obiicit, testimonia ecclesiæ de Christo & uerbo eius nō ab Approba-
tio ecclesiæ
Hominibus & secundum homines, sed à deo esse, à spiritu sancto in-
quam, qui datus sit ecclesiæ, ut doceat ipsam omnem ueritatem. At ex spiritu
qui hoc ipsum pro nobis, nihil cōtra nos facit. Hoc enim quid aliud sancto.
adituit & probat, quām diuinæ scripturas ex seipsi solidam habes-
te authoritatē? Quid enim aliud sunt scripturæ, quām prophetarum
& apostolorū scrip̄a publica? De prophetis autem siue scriptura ora-
culari prisca loquens apostolus Petrus, Non uoluntate hominis alla-
ta est olim prophetia, sed à spiritu sancto impulsu loquuti sunt sancti
dei homines. Et de apostolis dominus Iesus in euangelio, Non, ait,
uos estis illi loquentes, sed spiritus patris uestrí qui loquitur in uobis.
Proinde cum testimonia ecclesiæ redditia, non sint secundum homi-
nes, sed ex sancto dei spiritu, ipse sibi spiritus per sanctos in ecclesiæ
seri testimonium, ac habet scriptura ex semetipsa robur, firmamētum
& authoritatem, quia inspiratio est æterni dei, ipsius inquam sancti
dei spiritus. Præterea cum ecclesia fidelium eundem illum habeat sp̄i-
tum qui loquitur per scripturas, agnoscit has & consentit his humi-
liter ipsas recipiens & uenerās, simplicemq; ipsis fidem & obsequio
sam præbens obedientiam.

Opponit aduersarius, Cum autem dubium sit quānam euange-
lia scripta sint à ueris apostolis, quæ à falsis, necesse est ut suam autho-
ritatem hic interponat ecclesia, & certiores nos faciat qui libri classi-
corum fuerint scriptorum, qui item ementito sparſi titulo prodierint
ab impostoribus. Nisi enim iudiciū recipiamus ecclesiæ de his, & in
conflictibus confugiamus ad determinationem ecclesiæ, arbitratur
Cochleus nos exutos, nihil habituros quod porrò opponamus ne-
ganib; quinq; Mosis libros esse Mosis, aut negatib; euangelium
Ioannis à Ioanne apostolo esse conscriptum, aut euangelium Nico-
demi, Thomæ & Andreæ præferentibus euangelio Matthæi, Marcii
& Lucæ. Atq; hæc multis inculcat, & fusissime spargit. Cæterum fru-
stra se in his torquet & fatigat Coch. In primitiua enim ecclesia non
fuit ullum sanctis ac in fide firmioribus dubium uel de libris Mosis,
uel de quatuor euangelistis. Horum enim libros de manu acceperūt
& operantem sentiebāt: ut iam nihil dicam de signis & prodigijs au-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

thorum, per quæ dominus ueritatem confessam & scriptio publicatam, ueluti ob-signabat. Interim quæ circunferebantur notha, ac ab impostoribus suppositijs ornata titulis, non ignorare poterant ut de essent profecta, non tam è testimonijs apostolorū & uiuis & scriptis, quām è spiritu contestatione in cordibus eorū testificantis, rei ueritatem & falsitatem euincientis. Sed & posteri receperunt geniuina, repulerunt notha: non quod maioribus ita esset uisum, sed quod idem spiritus in horum quoq; testificaretur cordibus sicut illorum, scripturarumq; geniu, tam uerarum quām suppositiarum pondere & maiestate uel carens uel nigens apostolica, quale esset scripti genitus de semetipso abunde testificaretur: quod deniq; indubia opinio omnium infederat animis Mosis libros à deo esse per Mosen profetatos, & euangelicam historiam per ipsos domini apostolos & uicarios apostolicos sine discipulis domini IIII. esse prodīa. Quod autem Coch. putat desertores non posse conuinci, nisi per authoritatem determinationemq; ecclesiae, tam est ineptū quām quod ineptissimum. Quasi uero rebelles & impij isti, omnia dei oracula negantes, non possint & ecclesiae authoritatem per eandem contemnere impietatem. Certè qui uerbum dei negat & contemnit, quo plantatur fides, quæ inserit & retinet in consortio ecclesiae, non poterit non & ecclesiastiam uilipendere. Proinde nihil effecerit Cochleus apud huiusmodi aplironios probationibus suis ductis ab ecclesia. Quid ergo fieri? Non ferēda est temeraria, audax, impia & sacrilega dei & verbi eius illusio: non ferenda inanis rebellio. Si quis reijsiat aut negerit falso tabulas ob-signatas, quas appellant sigillatas literas, expelliur prius & eijscit, propter impudentiam plus quām prophanam. Quia omnium mentibus persuasum est fidem tabularum sanctissime esse seruandam. Multo autem magis uindicanda est & asserenda fides et authoritas illa scripturarum sacrosancta, nec unquā permittendum ut indubitata scripturarum ueritas, irreligiosis illusorum uocibus occurset in dubium. Illis uero qui nondum in profundum demeritum harum dignitas, certitudo, ueritas, authoritas, plenitudo & maiestas. Atq; hoc uellem studiosos pietatis & theologiae cultores, omnes neruos & uniuersum cōuertere studium, quo uidebaret omnium oculi maiestatem scripturarum clare cernerent, illusoresq; conuicti oblatrare desinerent, aut saltē magna cum confusione propria egannirēt. In quem finem ego, quod omniscius deus nouit, labore illum meum suscepi, ac de authoritate scripturarum maiestateq; libellū edidi. Video autem Cochleum cum suis, non tam anxium esse, ut

ut de diuina ueritate omnes homines sentiant quām honorificētissime, quām prōni & animis deuotissimis adorent ac colant ecclesiam. Hanc tametsi uideri uelit catholicam, deficit tamen nimis turpiter ad Romanam, omniaq; eius huc uidentur tendere, ut ecclesiae omnes, quibuslibet ecclesiae Romanae placitis, sub nomine ecclesiae catholi- cæ editis, sese subiiciant. Hoc ut impetrat à suis illis hominibus, non puderit ipsum absurdâ quædam de scripturarū fide effutire, ac omnia sursum deorsumq; uoluere, indubitateq; uertere in dubium. Indignissima omnino vox est, quam his euomit uerbis, Quis certos faciet Mo sis & apostolorum libros, esse profectos ex deo? Elumbis interim & putris causa sit oportet, quæ non potest nisi talibus muniri questio- culis, talibusq; ornari præ conijs. Vbi nunc illud est, quod è Tertullia no promulisti, hæreticos non admittendos esse ad ullam de scripturis disputationem? Dominus det tibi oculos ad uidendum ea quæ syn- teræ pietatis & indubitate ueritatis sunt.

His nebulas Cochleii simplici meæ tractationi de autoritate uerbi dei ostusas discussi haec tenus, nec sine modica nausea & molestia. Sciunt enim cordati lectores qui libellum eius legerunt, & meo cum libello contulerunt, quām nullo ordine obseruato differat, quām de nigris aliena & ad scopum nihil pertinentia infartiat ubiq; ad quæ si gillatim respōdere hac in causa nolui, ne de industria perplexiorema redderem disputationē de uerbo dei, satis superq; aliās per ipsius trac- cas perplexā. Poruissimus & haec ad quę hucusq; respondimus transi- re inacta, nisi simpliciores à iusto tramite in auia pertrahendos ti- muissim. De mediocri ingenio præditis nihil sum solitus. Quibus enim Coch. aliquid suis persuader argumētis hoc ipso quām rudes ac amentes sint, indicant.

Non nimium autoritati hominum esse deferendum. Cap. III.

Estat ut nonnihil respondeam & ad crimen iniquitatis & aceptionis personarum. Obiicit enim Coch. quod Lutherum laudarim tanquam hominem dei, qui spiritu instructus Heliæ, egregie se in reformatanda ecclesia gesse, cum tamen is iudicio deprauissimo polluat & laceret non Mo- sen duntaxat, sed & reliquas scripturas diuinias: quod inique dissimu- lem: in Pontificios autem stilum stringam, propter ecclesiae authori- tatem, quam confiteantur afferantq; absq; scripturarum deirimento pferit de au- thoritate & iniuria: unde merito iudex iniquus, ac reprehensibilis per scrip- turarum acceptor. Ego uero Cochlee stilum meum minime uel in scrip- ture uel in ullos stringerem pontificios, si intelligere possem uos syn- contra pon- tificios.

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

ritatem diuinæ scripturæ: nunc autem cum ipsam quidem per uos
saluā intemeratamq; manere clametis, interim uero assuatis sine au-
thoritate ecclesiæ scripturarum authoritatem in multis periclitari flu-
tuare (agnoscit Coch. opinor uerba propria) & labascere, fatemini
utiq; scripturam aliquam habere authoritatem, sed solidam, id est au-
thenticam, nondum fatemini, qui alieno ipsam præsidio arbitrami-
ni indigere: cur itaq; non pugnarem contra papisticas phalâges, pro-
repurganda reparandâe solida & authentica scripturarum authori-
tate? quæ nimur salua, integra & intemerata est, cum ingenue &
simpliciter fatemur omnes, Scripturam, quæ uerbum dei est, non alijs
præsidijs aut fulcris egere, sed solam ipsam sibi ad se sustinendum,
quia æterni & ueri dei uerissimum uerbum est, sufficere. Hoc si fatet
ris mecum ingenue & simpliciter, Cochlee, constaret hac de re inter-
nos pax solida & firma: quâm uero alienus sis ab hac tam sincera
confessione, nemo ignorat nisi qui librum tuum non legit. Quid er-
go peccavi, quod arma pro afferenda scripturarum authoritate solli-
da sumpsit?

Quare lau- Aut quid peccavi quod Lutherum dixi Heliae indutum spiritu in-
datus Lu- reparanda religione magnanimum fese & excellentem præstuisse?
therus. Dum uiueret Helias, oppressa iacebat religio, oppressa autem homi-
num pessimis inuentis & corruptelis sacerdotum Baal: quibus se He-
lias Thesbites sine Theseo opposuit, ac homines in uniuersum or-
mnes ad legem dei uerumq; dei cultum reuocans, sacerdotum colle-
gia, adde & regem cum populi primoribus grauissimè impieratis ac-
culauit. Iacuit & ante XX. annos syncerior Christi doctrina papistis
cisis oppressa nugis, fôrdeq; sacrificum & monachorum polluta tradi-
tionibus. At his opposuit deus Lutherum, qui mox ab initio Pax,
collegijs purpuratorum, scholis item uniuersalibus, choro denique
criticum, & monachorū turbis resistens, omnes à traditionibus pra-
uis reuocare studuit ad uerbum excelsi dei, ad quod omnia probata
consuluit, & in Christum credere suasis, qui nobis à deo datus est fa-
pientia, iustitia, sanctificatioq; & redemptio. Id autem fecit mox ab
initio eximia spiritus magnanimitate. Hoc cum uniuersa norit ecclæ-
sia, ipsumq; fateantur boni uiri omnes, nihil peccavi opinor, qui dei
in hoc homine beneficentia ecclesiæ exhibitam prædicauit. Ad deum
enim non ad ullum hominem tantum referimus beneficium: quam
uis interim ingenue agnoscamus, deum opera & ministerio homi-
num bene uti ad suam ipsius gloriam. Negi quicquam sibi arrogat
qui sapiunt ministri, deo ac uerbo ipsius omnem tribuum gloriam:
præsertim quod Paulus dixerit, Quid habes quod non acceperis? Si

H. BULLINGERI RESPONSIO.

7

autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Fallitur ergo Cochleus, si putat nos uel Lutheru uel ulli docto pioue uiro amplius quiddam tribuere quæ uera permittit pietas. Scimus Lutherum esse hominem, qui & errare & in errorem abducere potest, quando præterito dei uerbo indulget affectibus. Non erigimus nobis homines uel lutidola quæ adoremus, & à quibus pendeamus, quorum dicta & facta circa delectum inexpensa & circa iudicium recipiamus approbemusque omnia. Christi domini & unici orbis magistri (si nec sis Cochlee) non Lutheri, discipuli sumus. Iactent alij licet se hominum esse discipulos: nos non patiemur ullam nobis aliam præter quam Christianorum imponi appellationem. Probe enim memores sumus horum apostoli uerborum, Num diuisus est Christus? num Paulus crucifixus est pro uobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Vnusquisque enim ueretur dicit, Ego quidem sum Pauli, ego uero Apollo, ego uero Cepha, ego uero Christi. Et quod idem mox dicit, Cum in uobis simulatio & contentio & factiones, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Etenim cum dicat aliquis, Ego quidem sum Pauli: alter uero, Ego Apollo, nonne carnales estis? De scipso uero ceterisque apostolis loquens, Quis igitur, ait, est Paulus? quis autem Apollo? nisi ministri per quos credidistis, & ut cuique dominus dedit. Item, Sic nos aestimet homo, ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum dei. Hæci uista est laus, hæc gloria sanctorum. Nihil ipsum dum uiuerent apostoli domini Iesu sibi amplius arrogabant: nihil sibi amplius qui hodie uiuunt, nisi prauo cæcati affectu uel ipsi sibi tribuunt, uel alios sibi tribuere postulant. Proinde circa personam respectum agnoscamus & ueneramur pro Christi ministris, qui cuncte uerbum Christi afferunt. Si qui uero sua nobis præfracte & arroganter circa uel contra uerbum dei obtrudere perrexerint, tales nec agnoscamus nec recipimus. Scripturas appellamus, quibus humiliater subiecti sunt quicunque fideles Christi ministri sunt. Neque enim Pythagoricum illud *euangelia* sibi sumunt ministri, nisi qui insaniunt profus. Ac cuperem Lutherum sobrie magis modestius ac circumspectius de S. Iacobi epistola, de Apocalypsi Ioannis apostoli, & de nonnullis alijs iudicasse pronunciasset. Quamuis non ignorat Cochleus forassim, à ueteribus quibusdam, nescio quid esse disceptatum de auctoribus librorum istorum: quod ipsum ut non laudo, ita neque Lutheri neque hominis opinione ullius premi uolo, scripturarum auctoritatē cedens credo. De Mose quid scripsit Lutherus nescio. Neque enim sermonem eius quem mihi obiicit Cochleus, unquam uidi aut legi circa Lutherū ea in re nec accusare nec defendere possum. Neque

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

ille meo in dixer patrocinio. Viuit adhuc ac ipse potest, si uult, asper-
sam sibi abstergere maculam. Id interim nec uolo nec debeo diffini-
lare, quod in libris Lutheri non uulgaria reperi Mosis legisq; prece-
nia. Quid ergo hic illi uenerit in mensuram quod parum tribuit Moys;
ignoro: tu uideris ne quam innoceti calumniā struxeris. Breuius
ego mea absoluo, ac testor mihi non nisi pia, uera, iusta, modesta &
laudata non in Luthero duntaxat, sed in omnibus reliquis placere
probariq; ministris: quibus eatenus credo quatenus sua mihi probati
scripturis. Sicuti à scriptura recedunt, aut proportione fidei non ob-
seruata immodestius efferuntur, suisq; indulgent affectibus, nec pro-
bo nec defendo. Hoc autem ex doctrina didici Apostoli, dicentis, Spi-
ritum ne extinguatis, prophetias ne aspernemini; omnia probate, qd
bonū fuerit tenere. Item, Si nos aut angelus ē celo prædicauerit no-
bis euangelium de celo, præter id quod prædicauimus uobis, ana-
thema sit. Et rursus, Quæcunq; sunt uera, quæcunq; honesta, quæcunq;
iusta, quæcunq; pura, quæcunq; boni nominis, si qua uirtus, si qua
laus, hęc cogitate, &c. Et sicut iudico de alijs, ita alios uolo de me qd
iudicare. Nemo mihi credit, nisi mea scripturis & iustis rationibus
comprobans demonstrauero. Habet Cochleus quod quærebat, uel
potius non quærebat. Suauius enim spectaculum ipsi ac socijs eius
exhiberemus, si nos qui Pontificis regnum oppugnamus, ipsi inter-
nos mutuo committeremar, quo plus pacis & tranquillitatis habe-
ret regnum illud infelix. Sed uigilat pro ecclesia sua pater benignus,
qui electis suis etiam pauperum fausta reddit a spicatis sima.

De solida & authentica Canoniarum scripturarū autoritate. Ca. III.



Is porrò adjiciam paucula de solida & authentica cano-
nicarum scripturarum autoritate ueraq; dignitate san-
ctæ dei ecclesiæ: ut lectorem molesta concratione non
uihil fatigatum, breui letta utiliq; enibonū, ad rem interim

Scriptura praesentem faciente plurimum, resiciam. Scriptura canonica ueteris
est uerbum & noui testamenti; opera prophetarum & apostolorum, ex spiritu
sancti inspiratione edita, ipsissimum est os dei ac uerbum dei: ut do-
mini dei uerbo credit, qui scripturis credit: domini dei uocē rejiciat
& aspernetur, qui scripturam negat & repellit. Nihil hic acutius di-
spurabo de uerbo cordis seu mentis, de uerbo oris seu articulato, de
uerbo interno & extero, de spiritu & litera, & an deus loquatur, &
quomodo loquatur, simpliciter sequor propheticam & apostolicam
plurimam, qua uerbū dei dicitur quod per prophetas & apostolos pro-
latum immo scriptum est, qua deniq; deus dixisse & loquutus esse dici-
tur, quod homines dei attulerunt. Non enim obscuræ sunt illæ pro-
phetarum

phetarū uoces, Hæc dicit dominus. Dominus qui misit me, hæc nun
ciat, & sic loqui iubet. Item, Spiritus domini loquutus est per me, &
eloquiū eius fuit in lingua mea. Nemo item ignorat principes apo-
stolorum Petrum & Paulum non dispara docuisse: cum ille dicat spiri- ^{1. Pet. 1.}
tum Christi fuisse in prophetis, ac prophetiam nō hominis allatam ^{2. Pet. 1.}
uoluntate, sed spiritu sancto impulsos loquitos esse sanctos dei ho-
mines: hic uero scripturā asserat diuinitus inspiratā, deumq; ipsum ^{2. Tim. 3.}
multifariam & multis modis loquutum esse patribus per prophetas, ^{Heb. 1.}
extremis uero diebus per filium. Idem scribens Thessal. gratias agit ^{1. Thess. 4.}
deo, quod cum acceperint sermonem ab apostolis quo deum disce-
bant, acceperint non ut sermonem hominum, sed sicut erat uere ser-
monem dei. Nam dominus quoq; in euāgelio dixit, Non uos estis ^{Matt. 10.}
illi loquentes, sed spiritus patris uestrī loquitur in uobis. Iam quod
ipsius dei uerbis credit, qui scripturā credit: rursus uerbum dei repro-
bet, qui scripturas reiçit, non opinor multis esse demonstrandum.
Nam id sponte sua colligitur ex superioribus. Subijciam tamen pau-
cula hæc ex multis, scripturā testimonia. De Mose & Aarone le-
gis. Quid nos sumus ut murmuratis contra nos? non cōtra nos sunt ^{Exod. 15.}
querimoniæ uestræ, sed contra dominum. Ad Samuelē dixit do-
minus, Non te reprobaret, sed me. Daniel clamat, Non obtempera ^{1. Sam. 8.}
uim uoci domini dei nostri, ut transfigeremus uitam ex ipsius legi ^{Dan. 9.}
bus quas proposuit nobis per suos seruos prophetas. Iosias legerat li-
brum legis, sed audit à prophetissa, Quia uerba quæ audisti, commo ^{2. Par. 34.}
uerunt cor tuum, & subdidisti te deo, cum audiuisti uerba eius cōtra
locum hunc, &c. Porro in euangelio dicit dominus, Qui uos audit, ^{Luc. 10.}
me audit: & qui uos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit
eum qui misit me. Et rursus, Amen amen dico uobis, q recipit quem ^{Ioan. 15.}
fuit misero, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui me mi-
lit. Paulus quoq; ait, Qui reiçit, non reiçit hominem, sed deum, qui ^{1. Thess. 4.}
dedit spiritū suum sanctum in nos. Pluribus non est opus, cum hæc
luce clariora & multò firmissima sint testimonia.

Quorsum uero hæc, inquis, tam longe reperita, & tam probe mu-
nita pertinent, cum nemo proflus negat scripturam esse uerbum dei:
Vñam uero omnes semper & ingenue fateantur scripturā esse uer-
bum dei. Huc uero ista omnia pertinent, ut omnes liquido perspici-
re scripturam ex seipso, id est quia uerbum dei est, abunde satis habe-
re autoritatis, nec indigere hominum approbatione: id est non ex-
pectare calculos & suffragia hominum, quibus ex incerta reddatur
certa & authentica. Quis enim sanæ sobrietatē mentis candide agno-
fens & simpliciter confitens scripturam esse uerbum æterni dei, qui

Scriptura
ex seipso au-
thoritatem
habet.

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

est ueritas prima, supremus iudex, sanctissimus, purissimus, optimus, maximus, non etiā uerbo dei ut uerissimo, purissimo sanctissimo, cui primæ ueritati credat? Rursus quis tam demēs ac excors, qui ex orientem solem, & totum mundum latet suo iubare exhilarantem, pīneis tēdēs aut facibus fumigantibus illustrem reddere conetur? Multo autem stultiores & ineptiores esse uidentur, quibus persuasum est primam & æternam scripturarū ueritatem lucem ut purissimam sit illustrissimam suffragijs mortalium effici claram, id est authēticam. Quemadmodum ergo omnes creature, spiritus quoq; angelici, nondum miseri mortales, deum reuerenter adorāt ut regem supremum, conditorem & gubernatorem omnium uisibilium & inuisibilium: ita legem ac uerba tanti regis & domini sui magna cum humilitate & religione recipiūt, nihil dubitantes de eius fide, qui non ignorant nō nisi uerissima oriri ex ueritate æterna. Hæc, opinor, simplicia sunt & exposita omnibus hominibus, satis item in se diuini roboris habentia.

Scriptura Concidit hic impia quorundam quæstio, qui rogant unde cōficit seipsum ful scripta prophetarū & apostolorum uerba esse dei. Indubitata enim est & robo ac plurima iam nunc audita sunt testimonia, perhibentia prophetae rat testimorum & apostolorum scripta dei esse uerba. Quibus accedit quod ipsa glorio mutuo, scilicet uiriusq; testamenti scriptura per singulos propemodum libros mutuis & diuinis quidem testimonis roborat atq; suffulcit: hoc est, deus ipse per uerbum suum reddit authēticam scripturam: idq; factum diserte, tam copiose, tam euidenter, ut post tam clara dei testimonia adhuc expectare humana, quæ faciant authēticam scripturam, ex dubia certam, nil aliud sit q̄ solem exorientem iuuare facibus. Id ne cui dubium aut obscurum sit, collatione testimoniorum prolatæ in medium, demonstrabo non ē singulis, sed potissimis duntaxat scriptræ libris.

Testimonia Christi de ueteri scriptura. In genere quidem de uniuersa ueteris testamenti scriptura nouissimata predicatione agens dominus, ad discipulos, Hæc sunt uerba quæ loquutus sum ad uos, ait, cum adhuc essem uobiscum, quod necesse foret impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosis & prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit illorum mentem, ut intelligerent scripturas, & dixit eis, Sic scriptum est, & sic oporebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius penitentiam ac remissionem peccatorum in omnes gentes. Principio autem scripturam ueteris testamenti omnem in legem & prophetas recolligit, ne quis ignoraret quid oporteat intelligere per scripturas. Deinde scripturæ ut ueritati certissimæ omnia sua imponit, has uelut au-

theatricas & indubitate fidei citat. Postremo sua omnia dicta & facta adeoq; totam euangelij prædicationem uel testificationem apostoli cam (quæ & ipsa non multos post annos literis comprehensa, & non iam Testamentum appellatum est, ueteri tamen authoritate non immixtum) ex lege & prophetis produxit confirmavitq; ut mutuum ubiq; par cernere liceat testimonium. Apud Lucam in 16. cap. idem dominus Iesus legem & prophetas, authentica utiq; polleter authoritate, commendans, inducit diuitem epulonem postulatam, Rogo pater Abram, ut mittas Lazarum in domum patris mei: habeo enim quinq; fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locū cruciatus: huic autem respondentem Abraham, Habent Mosen ac prophetas, audiunt illos. Si Mosen & prophetas non audiūt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Quid quod in 10. apud Ioan. cap. dominus Iesus scripturam manifestissime insolubilem appellat, authenticam nimicrum & autoritatis primæ? Verba si quis requirat, sunt huiusmodi. Nonne scriptum est in lege uestra, Ego dixi, Dīs es tu? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit & emisit in mundum, uos dicitis me blasphemare, quia dixerim, Filius dei sum?

Sigillatim uero idem dominus Iesus Mosen suis commendās Iudeis, apud Ioannem, Scrumini, inquit, scripturas, quia uos uidemini in ipsis uitam aeternam habere, & illæ sunt quæ tantur de me. Et nō, Si credidissetis Moysi, credidissetis utiq; mihi. De me enim ille scriptis. Si autem illius scriptis non creditis, quomodo uerbis meis crederis? Idem ex libro Genesis Mosisq; doctrina matrimonij integratam restituit, apud Matth. in cap. 19. meritum item & effectum Tellestis Iudei, Chrissi & apostolorū de libris Mosis & h̄i storia sua. Lue. 10. Marc. 10.

passionis suæ demonstrat ex Numeris, typo ænei serpentis per Mo-
sen errecti reuocato, apud Ioan. in cap. 3. Porro legis perito de summa religionis percontanti, responderet. In lege quid scriptum est? quomo do legis? Et iterum, Primum omnium præceptum est, Audi Israhel, do minus deus noster, deus unus est. Et reliqua quæ petiit ē s. Deuteronomij cap. Præterea satanæ temptationem elicit, & acrem fudit aduer- farii, petito ē Deuteronomij s. cap. telo. Leprosum uero mundatum ad sacerdotes ablegauit, quo legi satisficeret, quæ continentur in Leuitico. Apud Matthæum in 5. leges in Leuitico & Exodo comprehensas, repurgata traditionibus pharisaicis, nativoq; restituit nitori. Quid quod apostolus Paulus potissima doctrinæ suæ capita ē libris Mosis quod Petrus & corroborat. Testimonium mihi præbent epistole Romana & Hebreis & Galatis inscriptæ. Ex Deuteronomio Petrus, apud Iudeos Hierosolymis prædicans, docet Iesum uerum illum esse pro-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM.

pheram, quem deus in lege promisit. Iam & euangelica apostolicaq[ue] authoritas spiritu sancto illustris historicos ueteris testamenti libros ualde commendat. Id quod colligere licet ex splendida S. Pauli oratione, quam habuit ad Iudaos Antiochiae in Pisidia congregatos, cuius meminit Lucas in Actis cap. 13. Idem Apostolus ad Hebreos 11. cap. illustria ex Iosue & Iudicum libris exempla protulit. Matthaus ex libro Ruth bonam partem genealogiae Christi p[ro]p[ter]it. E libris Regum testimonia sive exempla ipse dominus Iesus in caussis grauiis desumpsi: quemadmodum apud Matth. in 12. & Lucam in 4. certe legitur. Libri Paralipomenon cum libris Regum per omnia consint, sicut & Ezra & Nehemias cum prophetis postremis tribus ac reginæ Hester historia cū genio totius historiæ sacræ, unde eadem

Liber Psal est omnium authoritas. Ex libro Psalmorum, uelut ex amplissimo diuinæ sapientiæ thesauro, mutuarunt & munierunt quæcunq[ue] Christus & apostoli docuerunt de Messia uera diuinitate & humanitate, de sacerdotio & regno eius æternō, de morte, passione & effectu eius, de resurrectione item, ascensione in celos, & sancti spiritus missione. Locos si quis luculentiores in numerato habere & conferte cupiat, reperiet apud Matth. in cap. 22. apud Paulum ad Hebreos 5. & 7. in uniuersa passionis domini historia locupletissimos. In Actis 2. postolicis cap. 2. & 13. & apud Paulum sparsim, præcipue aut Ephe. 4. Ignorat autem quid Petrus & Paulus apostolorum principes docuerint scripserintue, qui interrogat an apostoli Solomonis mortalium sapientiis. testimonijs sint usi.

Testimonia Cæterum Isaiam dignatus est dominus Iesus non modo palam, Christi & in synagoga legere, sed & summa cum diligentia reuerentiaq[ue] ho- apostolorū minibus suis Nazarethanis interpretari. Id quod Lucas graphicè de scribit in cap. euangelicæ suæ historiae. Ex apostolis nullus est, cuius si prophetarum modo ad nos scripta peruererit, qui non frequetissime citet Isaiam. Huius lectionis beneficio ad fidem conuersus est Christianam Aet[us] thiops ille Candaces reginæ aulicus, dum interprete assequutus Philiippum Christum agnoscit uniuersorum dominū, & omnium credentium redemptorem. Id quod legere est apud Lucam in Actis capite 9. Jeremiam & Ezechiem euangelica & apostolica scripta seu scriptores classicos citarunt. Ad Danielis lectionem ipse dominus Iesus in euangelio relegat lectores. Stephanus uero protomartyr Christi Iesu, apud pontifices, sacerdotes, scribas proceres populi Hierosolymitani de obiectis criminibus se repurgans, & ueritatem profens euangelicam sive Christianam, librum prophetarum, XII. nimirum,

mirum, magna cum fidutia producit in medium, unde aduersarios redarguit: qui nisi fuisset authenticus, omni procul dubio pondere ca- tuisset eius argumentatio. Nimis autem ex cresceret hæc nostra de- monstratio, si pergerem ostendere quid singuli apostoli ex singulis propemodum prophetis, quos Minores appellant, mutuantes, do- strinam euangelicam & ornarunt & roborauerunt.

Ad Noui testameti libros uenio, cuius scriptores ut ex spiritu san-
cto prophetis reddiderunt testimonium ueritatis, agnoscentes & i-
magine libri significantes libros Mosis & prophetarū quibus comprehenditur testa roboratur
mentū uetus, esse authēticos, ut pote ipso sancto spiritu profectos: ita legis & pro-
p̄dicationē suam euangelicam uiuam, quam ex ipso dei filio Iesu pheturū te-
stimonij. Chriſto didicerant, scripiuris iudem Mosis & prophetarum commu-
nierunt. Cui accedit quod rerum quas testificabant spectators sue-
rant, ut pote discipuli filij dei, donati præterea ditissimo spiritu san-
cti munere. Huc enim pertinent illa S. Petri uerba ex posteriore epi-
stola, Non arte compositas fabulas sequunt noram uobis fecimus do-
mini nostri Iesu Christi uirtutem & aduētū, sed qui oculis nostris
aspleximus illius maiestatem. Acceperat enim à deo pare honorem
& gloriam, uoce ad illum delata huiusmodi à magnifica gloria, Hic
est ille filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est. Et hanc uo-
cem nos audiuiimus ē cœlo delatā, cum essemus unā cū illo in mon-
te sancto. Et habemus firmorem sermonem propheticum, cui dum
attenditis ceu lucernæ apparenti in obscuro loco, recte facitis, donec
dies illucescar, & lucifer exoriat in cordibus uestris. Habes unde præ-
dictio S. Petri autoritatē habuerit: principio ex ipso dei filio reī
exposita certitudine firma: deinde ex scriptura prophetica, quam &
hæc confert omnium clarissima Soli præludenti. S. Paulus multis
asserit prædicationem suam non esse ex hominibus neq; secundum
homines, sed ex reuelatione Iesu Christi. Copiosissima de hac re in-
veniet, quisquis legerit epistolæ ad Galat. cap. 1. Cum idem ille Ber-
thensibus prædicaret euangelium, conferunt hi protinus prædica-
re ad scripturam propheticam, & inueniunt congruere per omnia.
Porro dilectus domino discipulus Ioannes, idem apostolus prima-
rius, & euagelista clarissimus, Quod uidimus, inquit, oculis nostris,
quod audiuiamus, quod perspeximus, & manus nostra correctaue-
runt de uerbo uitæ, & uita manifestata est, & uidimus etiā, testimoniū
& annunciamus uobis uitam æternam, quę erat apud patrem, & ma-
nifestata est nobis. Quod uidimus & audiuiimus annunciamus uo-
bis. Idem in historia sua per frequenter quę pura narratione exposue-
rat, mox scripturarum testimonij corroborat. Ex scripturarum ergo

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

propheticarū robore, spiritus sancti testimonio, rerumq; testificata-
rum certitudine, nempe quod ea de quibus apostoli testificabantur,
ip̄si & uiderant & audierāt, existit authoritas fidesq; & certitudo prae-
dicationi euangelicæ per apostolos ueritatis ministros mundo pro-
positæ. Ac per initia quidem nihil scriperunt apostoli, sed uiua uoce
gentibus & Iudæis tradiderunt quæ acceperant à domino, non mul-
tos tamen post annos scriptis comprehendenterunt quoq; quæ prædic-
rant. Quæ sane scripta ab ipsis uelut ex manibus eorum accepimus,
quemadmodū paulo ante artigi, & paulo post ubi de traditionibus
patrum & apostolorum disputauero, fusius explicabo. Hactenus ut
ro collatione copiosa & euidenti demonstravimus, mutua scripture
proferentes testimonia, quod sacra canonicaeq; literæ siue utriusq; te-
stamenti scripture, ex seipsis authoritatem habent, ac authēticæ sunt.

**Authenticī libri oīō-
gīōi.** Ea de causa libri Veteris & Noui testamenti à priscis haud dubie
appellati sunt canonici ac authenticī, quasi quis dicat *euīōis*, ueluti
per se fidem facientes, etiam sine argumentis, ex seipsis uitq; non ali-
unde ueritatis opinionem & authoritatem habentes. Graci enim *euīōis*
euīōis appellarunt, quod non est sine authore certo: cui opposuerū
etiam pro dubio, nulloq; authore profectum certo. Sed & authēti-
ca scripta & instrumenta dicta sunt scriptoribus Latinis, quæ certam
& iustum habent authoritatem & maiestatem quandam. Nam & au-
thoritas *euīōis* consistit in ueneratione, suapte nos dignitate ad cre-
dendum inuitans. Et sane est in scripturis eximia quædā authoritas,
numen quoddam, ipsissimam nobis spirans diuinitatē, omnesq;
sua dignitate lectores auditoresq; ad credendum sibi sollicitans. Sim-
pliciter ergo prophetæ & apostoli mundum adhortabantur ad cre-
dendum prædicationi sua tanquam per omnia certæ dignitæ cul-
credatur propter seipsam. Vnde certum est eos uel malitia inscitiam
simulare, uel ignorare prorsus quid sit authenticā scripture, qui con-
tendunt ipsam citra ecclesiæ suffragium non esse authenticam. Nam
si ex semetipsa suaq; dignitate non haber authoritatem plenam, quo-
modo dicitur authenticā? Si uero ex seipsa plenam habet, quid ga-
riunt de autoritate ecclesiæ, scripture faciente authenticam?

**Habet scri-
ptura diui-
nam qua-
dam in se
energiā.** Et certè haber in semetipsa uirtutem & testimonium spiritus uer-
itatis prædicationi siue canonica scripture. Nam huc pertinet illud apo-
stoli, Prædicatione mea non erat in persuasorijs humanæ sapientiæ uer-
bis, sed in ostensione spiritus ac potentiae, ut fides uestra non sit in fa-
pientia hominum, sed in potentia dei. Habet scripture tacitam quan-
dam energiam quæ afficit mentem, rapit, oblectat, impellit, totumq;
hominem transformat, qua & omnes alias scripturas superat, cor
ipsum

Ipsum penetrat, medullisq; insidet. Neg; enim frustra dixit Apostolus, Si prophetetis in ecclesia, & ingrediaſt incredulus aut indoctus, *1 Cor. 14.* coarguitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus, & sic occulta cor-
dis eius manifesta fiunt, atq; ira procidens in faciem adorabit deum,
renūcians quod deus reuera sit in uobis. Et iterum, Viuis eſt, inquit, *Heb. 4.*
fermo dei & efficax & penetrantior quoquis gladio utrinq; inciden-
te, ac pertingens usq; ad diuisionem animæ ſimul ac ſpiritus, compa-
gnumq; & medullarum. De domino noſtro Iesu Christo legimus q; *Math. 7.*
docuerit cum authoritate, & nō ſicut ſcribā. Sed & discipuli illi duo
Emaum profiſcentes, Nōnne, inquiunt, cor noſtrum ardebat in *Luc. 24.*
nobis dū loquereſtur nobis in via, & aperireſt nobis ſcripturas. Huc
pertinet quod uir ille ſecundum cor dei, canens, dicit, Eloquia domi *Pſal. 11.*
ni eloquia mūda, argento excoctum in catino terreo ſepties depu-
tatum. Lex domini integra eſt, conuertēs animam, testimonium do- *Pſal. 19.*
mini fidele, imperitis ſapieniam ſuppeditans. Decreta domini recta
ſunt, cor exhilarantia, præceptum domini repurgarum, illuminans
oculos. Timor domini mundus perſtans perpetuō, iudicia domini
terram ſimilq; iusta. Magis experibilia quam ſit aurum uel prætantissi-
mum atq; plurimum, & dulciora melle & fauo ſtillantibus. Etiā
ſeruus tuus perſpicue illis admonetur, in illorum obſeruantia multa
merces eſt. Et quæ huius generis permulta alia ſequuntur per inte-
grum *Pſal. 119.*

Hæc autem ſentimus & ita loquimur ingenue, ſplendide & clare *Scriptura-*
de ſolida uerbi dei ſcripturarumq; authoritate. Huc refero repetens *nullo un-*
quacunq; attuli in libro meo de authoritate ſcripturæ, demonstrans quam tem-
ſcripturam ſanctam uerbum dei à mundi exordio per ſeipſum fuiffe *pore autho-*
authenticum, neq; unquam ullam ab hominibus authoritatē uel *ritatem aea-*
Mōe deſcendi ad prophetas, à prophetis tranſiui ad apostolos, de- *cepit à ho-*
montrauſi hos omnes uerbo dei ſcripturæ ſancta obedijſſe ut auhen- *mībus.*
tice, non ex dubia feciſſe ceriam uel authenticam: adieci his ſcriptu-
re authoritatē non pendere à generalium Consiliorum definitiuj;
ſententia, neq; à ſanctorum patrum decreis. Testimonia copioſa &
firma irrefutabiliaq; pro illa mea aſſertione produxi. Ad ea uero ni-
hil dum respondit Cochleus, nihil contra hæc ſolida prouulit, pulu-
rem modo ſophisticum lectorum oculis offudit. Porro itaq; mecum
gloriā deo & æternæ eius ueritati tribuens, ſimpliciter & uere ſoli
dam & authenticam ſcripturarū authoritatē fateatur: aut his meis
confutatis aut ſubuersis, doceat canonicaſ ſcripturam ex ſeipſa non
eſſe authenticam, niſi & hominum in ecclesia approbatio accedens

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

ipſi authoritatem cōcilię efficiatq; authenticam: doceat autem non
ē hominum placitūs lubricis, sed ē scripturarū certissimis testimonij.

De Ecclesiae catholicæ authoritate & dignitate. Cap. V.



C de Ecclesiae authoritate & dignitate iusta, ne quam mihi calumniā struat aduersarius, sic sentio sicut libris iam olim editis professus sum, adhuc profiteor iamq; repero.

Veneran-
dum & dul-
ce nomi ec-
clesiae.
Venerandū merito & dulce est omnibus sanctis nomen
ecclie. Hæc eaim est sponsa seruatoris Iesu Christi filii dei, deo dilecta & unice chara, cuius illerex est & princeps, in cuius societate uel communione recensentur omnes qui à mudi exordio sancti plauerunt deo, & qui ad finem usq; mundi placebunt per orbem fidelium. Nam cum Ecclesiam nomino, non intelligo Papam, caput illud fictitium ecclesie cum membris suis, episcopis, sacrificis & monachis, quorum utinam non optima pars aduersarij sint ac hostes ecclesie. Communio sanctorum, cœtus inquam deo uere credetium per Christum, & omnia sua ad lucem & regulam uerbi dei, quam unice spectat, instituentiū, deo charissima est ecclesia, fide filio dei despensa, iuxta illud, O ues meæ uocem meam audiunt. Item, Despondebo te mihi in fide. Sicut autem fides, catholica ideo nuncupatur, quia deus ipsam ut certissimam, ita communem omnibus esse uoluit, à qua nul-

Ecclesia ca-
tholica.
la excluditur aut repellitur ætas, nullus sexus, natio conditio uella: sic etiam ecclesia appellata est catholicæ, quia fideles omnis generis, omnium nationum atq; ætatum, recipit & complectitur. Ceterum Apostolus, Fides, inquit, ex auditu est, auditus autem per uerbum dei. Itaq; nexus quidam indissolubilis & coniunctio perpetua est inter Christum sponsum & sponsam eius ecclesiam, quæ illi connectitur fide per uerbum: quo vinculo disrupto necesse est consequi diuorium. Iccirco nullam ecclesiæ authoritatem extra uerbum dei possumus trahere, imò dicimus ecclesiæ uerbo dei connexam sponso Christo, neq; ab hoc neq; ab illo separari posse. Nec inconueniens est sponsam suo sponso, discipulam subiici magistro. D. Ioannes baptista, Qui habet sponsam, inquit, sponsus est: ac mox indicat Christum esse sponsum, se autem sponsi amicum. Foret autem ineptum & absurdum, si sponso imperitaret sponsa. Imperium & authoritas omnis penes sponsum est. Princeps regni sui Christus est, imperitans uniuerso regno per uerbum. Regnum regisq; subditi sunt omnes quos nomen comprehendit ecclesiæ. Domus & scholæ recte institutæ ratio est, ut in omnibus p̄deat à patrefamilias, & unice spectet ad præscripta & uera magistri. Proinde illa demum habenda est pro uera dei ecclesia, quæ fida est custos uerbi dei, quæ syncerum illud & nullo uitiatum fermento,

fermento, suo conseruat, & ad posteros propagat ministerio. Atque hæc authoritatem habet præstissimam: non quia cœtus hominum est, sed quia cœtus est fidelium innitentium fundamento propheta Ecclesia ^{ca}
rum & apostolorum, domus dei uiuēris, columna & basis ueritatis, luna & base sicut dicit Apostolus, arca item Noë, extra quā non est salus. Verbum ^{si} ueritas enim suum apud hanc depositum dominus superq; ueritatē æternam ^{tis.} ipsam collocauit. Ex ueritate itaq; uerbi dei habet omnem authoritatem, sine qua nullam habet authoritatem, imo ne nomen quidem ecclesiae. Ex uerbo dei uiuentis & agentis in ecclesia, habet & est quod dicitur domus dei uiuēris, columna & basis ueritatis. Nam uerbum dei ueritas est, cui qui innititur, columnæ & petræ innititur firmissime. Vnde scripturæ, quæ uerbum dei est, tantum deferimus honorem, tantam authoritatem, ut ad eius examen omnia ecclesiæ exigenda esse doceamus. Quicquid eius authoritate probatur, ne uocetur à quoquam in dubium: nil recipiatur alienum ab ipsa, & quicquid diuersum ab ea est, habeatur pro damnato. Evidem subiicit se ecclesia uerbo dei cui consentit quod & recipit. Ideo autem recepit primitua ecclesia uerbum dei, quia per spiritum intus docentem agnouit, id quod ipsi prædicabatur esse uerbum dei, ac illi ipsi testificabantur qui rerum testificatarum fuerant spectatores.

Moses in Exodo apud dominum conquerens dicit, En non crederunt mihi, neq; audient uocem meam, sed dicent, Dominus non aperte patuit tibi. At donat ipsum dominus facultate designandorum miraculorum, ut credant, inquit, quod dominus deus patrum uisus sit tibi. Cumq; ille nihilominus cauissaretur se tantis rebus imparē esse, neq; fatus instructum dicendi facultate, audit à domino, Quis dedit homini ostendit quis facit hominem mutum aut surdum, uidentem aut cœcum? aut quis facit hominem non ego dominus? Vade ergo, & ego adero ori tuo, doceboq; te quæ loquaris. Et iterum, Ecce ego ueniam ad te in densa nube, ut populus audiat me tecum loquentem, & etiam credat tibi peruenio. Ad hunc autem modum accepta à deo authoritate, prodit Moses, agit & docet, docet autem non aliud, q; quod reuelatū fuerat ipsi uerbum dei. Hoc uerbo prædicato per Mosen, credit Israelis ecclesia: ac Moses quæ uiva uoce tradiderat, etiam literis mandat, & coram ecclasia recitat. Ecclesia uero sanctorum testificatur uera esse quæ mandat literis Moses. Fuerat enim spectatrix non eorum quidem quæ darat literis gesta fuerant, sed plerorūq; dei operum, quæ in deferto patrauerat. Testificatione autem sua ecclesia uerbi dei scriptum non fecit authenticum: authenticum enim erat cum primum recipebat credereq;, imo ideo recepit, quia sentiebat Moses scripta esse ex

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

deo, præterea uiderat oculis suis omnia illa, gesta esse deo aucto-
rū moderatore. Quod si Israelis ecclesia scripta Mosis nec agnouit
set nec ueritatem estet confessa, ut certè non pauci rebelles erant, nis-
tum hilominus tamen id quod à Moze proponebatur authenticum erat,
& adeo authenticum, ut rebellem ecclesiam per scripturam iudicari
præciperet. Scripto enim legis libro Leuitis arcā portatibus, Accipit,
inquit Moses, librū legis huius, & reponite eum in latere arcæ fide-
ris domini dei uestrī, ut sit ibi cōtra te in testimonium. Ego enim no-
ui rebellionem tuam, & ceruicem tuam præfractam: etenim etiam
num hodie cum adhuc sum uobiscum uiuens, esis rebelles domi-
no, quanto ergo magis post mortem? En quid dici poterat clarissime?
Iubetur rebellis ecclesia per scripturam coērceri atq; redargui. Nam
authentica est, licet ecclesia maxime reclamat. Porro de fidelī ecclesia
& patribus sanctis canens propheta dei, Quæ audiuimus, inquit,
quæcūj cognouimus, & patres nostri narrauerunt nobis, non calabi-
mus filios eorum, & patribus posteris narrabimus laudes domini, ro-
bur eius stupendaq; opera eius quæ gessit. Constituit enim confe-
nationem in Iacob, & legem tulit in Israele, qua præcepit patribus no-
stris, ut ea nota facerent filii suis. Indeq; in deo fiduciam suam po-
nunt, nec obliuiscantur operum dei, mandataq; eius obseruent, &c.
Psal. 78. Valet ergo & in auhoritate est apud posteros ecclesia conte-
statio, sed eius quæ de uerbo & operibus dei simpliciter testificatur,
& doctrinam ueritatis prorogat ad posteros.

*Ecclesia
sub prophete* pta coram ipsa uelut authentica uiua uoce interpretarunt, & scriptos
sermones suos ecclesia reliquerunt. Agnouit fidelis ecclesia spiritum
dei instructa, prophetarum sermones atq; interpretationes profici-
sci à deo, & eam fidē quam uiuis præbuit sermonibus, scriptis quoq;
non denegauit: quæ prorinus posteris commendauit ut authentica.

*Ecclesia
sub Christo
& apostolis.* Venit tandem Iesus Christus uiuus & uerus uiui ueritatem
qui quæ lex & prophetæ futura prædixerant, præfio esse ac iam in
ipso compleri docebat. Delegit apostolos atq; discipulos, qui refes-
sissent apud omnes gentes eorum quæ docuerat feceratq;. Itaq; ubi
conscendisset celos, spiritumq; suum misisset in discipulos, qui eme-
nem ueritatem suggereret, ac uarijs facultatibus sine uitribus in-
strueret, exierunt in orbem, & prædicarunt euangelium omni crea-
turæ, stupenda simul doctrinæ suæ signa adjicientes, quo plus fidei
inueniret doctrina. Nam & Apostolus, Primum quidem, ait, enarrare
de in nos confirmata fuit: attestante simul deo signis & prodigiis va-

Hebr. 2.

Hic uirtutibus & spiritus sancti donis secundum ipsum voluntatem distributis. Inuenit autem prædicatio euangeli auditores idoneos non paucos, qui ueritati consentientes prædicatae, constituerunt eccliam Christianam, natam uidelicet ex uerbo predicato per fidem, præcedente utiq; uerbo. Postremo cum non pauci exorirentur pseu do apostoli, non sincere dicta, facta, doctrinamq; Christi commen dantes ecclesiar, uisum est spiritui sancto instigare apostolos & viros apostolicos ad describendam Christi plenissimam doctrinam, & ad comprehendendum absolutissimam rerum à Christo gestarum hi storiam, ut uerae genuinæ & uiuæ apostolorum doctrinæ extaret a pud posterorum testimonium scriptum, quo simul nostra impostorum prædicatio discerneretur à uera. Scripserunt itaq; ex apostolis duo te stes oculati, scripserunt ex discipulis & apostolicis testes auriti duo, quos alij & oculatos fuisse afferunt. Ea scripta legit & audiuit Christi ecclesia, quæ scripto euangelio caruit haec tenus, uiuam solam habuit prædicationem: ac protinus scriptum cum prædicato conferens, agnouit ueritatem historiæ atq; doctrinæ Christi sinceram, eamq; transmisit ad posteros. Et tunc quidem agnita & recepta est ueritas euangelica, cum adhuc superessent qui dominum ipsum in sua carne mortali & audierant & uiderant, aut qui eos audiuerint qui ipsi fuerant familiares, apostolos & discipulos delectos. Fuit autem tunc conueniens & conducibile recipi & agnosci quod sequentes quoq; actates pro indubitate reciperent atq; tenerent, cū uidelicet omnes acta illa doctrinamq; non tam ex scriptura cognoscerent, q; ex uiua prædi catione uel ipsius domini Iesu, uel ex eorum testificatione, qui uide rant & audierant quæ tradebant, adde & signis prodigijsq; confir marant. Hi demum testari poterant quid in illis rebus genuinū erat, quid nothum, quid tenēdum, quid rei sciendum: idq; non ex seipsis, sed uerbo dei sancto. Hoc testimonium omnes postea omnium æta tum in sequentium ecclesiar, receperunt, ac eos libros noui testamenti pro authenticis habuerunt, quos uel hodie pro authenticis religiose agnoscimus, quibus & citra contradictionem credi oportere constan tissime contendimus. Porro quis neget hunc consensum, hanc testifi cationem ecclesiar, suo pondere suaq; autoritate carere? Quis rursus non uideat in circa ecclesiar authoritatem esse splendidam, quia clara uerbi dei luce illustratur?

Similiter & dignitas ecclesiar per celebris est, quia ex fide in domi num Iesum existit. Hic enim ecclesiam ab erroribus repurgans lumen De dignita te ecclesie, aue gratiae & ueritatis illuminat, sanctificat, omnigenisq; ornat do ti bus. Huc enim pertinet illud è propheta, Laui te aquis, ait dominus,

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

ab lui sanguines tuos à te, & unxi te oleo, indui te acupictis, calceau te melino, amiciui te bysso, obtexi te serico subtilissimo. Ornaui te or namento, armillas posui super manus tuas, & torquem ad collum tuum. Et reliqua quæ sequuntur cap. 10. Ezech. Ac ne quis hæc de sy nagoga duntaxat interpretetur, audi & apostolum testificantem & dicentem ad Ephesios, Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum ex posuit pro ea, ut illam sanctificaret mundatam lauacro aquæ per uerbum, ut adhiberet eam sibi ipsi gloriosam ecclesiam, non habentem aut maculam aut rugam aut quicquam huiusmodi, sed ut esset sancta & irreprehensibilis. Tanta uero gloria & dignitate præcellentem eccl esiam, sponsam Christi sanctam, qui contemnit, nullū sanè locum inter sanctos apud deum habere meretur. Redundat enim contem plus ille sponsæ prædilecta in ipsum sponsum ecclesiarum filium, qui sibi putat uel irrogatum uel impensum quodcumque ecclesiarum dei fuerit irrogatum atque impensum. Hanc magnis ornans præconijs sci pitura diuina totam pulchram appellat, paradisum magni opificis, ci uitatem sancti regis, illustrem & promicantem uelut mautinum akr rem & auroram, pulchram ut lunam, electam ut solem, quæ unguen ta spirat, quæ item stet à dextra regis, indua fimbrijs deauratis variegata, quæ nihil tenebrosum habeat, & per Christum tota candidissima sit. Non dicer opinor Cochleus me parcum aut malignum esse in ueris ecclesiarum laudibus deprædicandis. Falsas & indignas eccl esiarum laudes qui concinunt, Christi sponsam non ornant, sed polluant. At qui primam caussam faciunt ecclesiam cur scripturis credendum esse contraversam, An scilicet omnia quæ ueræ pietatis sunt, perfecte dei ecclesiarum sacris sint tradita literis?

Quæ sequuntur capita in libro meo, continet laudem & gloriam uerbi diuini. At de ea non putat Cochleus ullam nobis esse contentionem: ergo præteritis ijs, descendit ad id in quo non leuem faciunt esse contraversam, An scilicet omnia quæ ueræ pietatis sunt, perfecte dei ecclesiarum sacris sint tradita literis?

Cap. VI.



Enio ergo ad caput disputationis nostrę alterum, ad con certationem uidelicet de absoluta scripturarum perfectione, quam in posteriore libri mei parte assertens, Re stat, dixi, ultimum, quod reuera primum est, ut demon stremus scripturam canonica per omnia perfecte absolutam, omnia continere quæ ueræ pietatis sunt, adeo ut post illam pietatis studiolo nullis opus sit traditionibus humanis, quibus sarcia quodquis

busdam legislatoribus in illa diminunum uidetur. Hoc ut luculenta demonstratione ostenderem p̄is, principio quia pietatis meminestam, explicui pietatis uocabulū quod significet uerum dei cultum. Deinde docui scripturarū testimonij uerum dei cultum esse fidem, innocentiam & charitatem: & per consequens pietatem ueram conflare studio rerum diuinarum, fide, spe, charitate, innocentiaq; uitæ. Postremo subiunxi, Quis uero nesciat ea quæ de studio dei, de fide, de q̄ charitate in deum & proximum, id est de officijs uitæ & pietatis, item de integritate & sanctimonia uitæ, scire refert, literis comprehensa esse canonicas? Hæc autem mea oppugnans Cochleus, assertio summam ponens, contendit non omnia in scripturis esse comprehensionfa, saltem expresse. Addit, Fallaciter & insidiose Bullinge rum loqui, dum dicit scripturis omnia esse comprehensa. Nam pulum intelligere omnia posita esse expresse.

Ego uero simpliciter & circa dolum malum Comprehensionis uocabulo usus sum. Intelligo enim omnia esse in scripturis comprehensa, ut ex ipsa ceu thesauro inexhausto peti queant quæcumq; pietatis sunt, comprehensa autem, id est collecta, cōclusa, contenta, sic ut possint omnia illa in ipsis & ex ipsis diserta & plana expositione uel significacione posita, ostendi, uel necessaria consequētia deduci. Quid prehendamus peccati quæso? quem fecelli? cui meis nocuit insidijs? Disertis uerbis comprehensum est in literis euangelicis euangelicam predicationem pertinere ad omnes totius orbis homines: comprehensum est inquit quod hinc necessaria consequētia elicunt, euangelicam prædicationem pertinere ad Heluetios, & Marcomannos sive Silesios, ad urbes quoq; Tigurum & Vratislauiam, adde & ad ciues harum urbium, ad Bullingerum & Cochleum. Rursus comprehensum est litteris canonicas & disertis quidem uerbis, Iesum Christum uerū esse hominem, comprehendens est itaq; per necessariam concomitantiam Christum habere ueram carnem humanam et rationalem animam, tametsi hoc non esset totidem uerbis expreſsum. Hoc si negarit Cochleus, quis non uideat ipsum uerbigerari, & contentiosum dedita opera ducere funem? Si autem ita colligere perrexerit, Pertinet ad latum nostram predicationem euangelicam: at nullibi iuuenias expreſsum in scripturis quod Germanis prædicandū sit euangelium: ergo non omnia quæ ad salutem nostram pertinent scripturis sunt expreſſa *Vnde sit omnia*: quis risum tuncat, sophismaq; non exhibet ineptissimum? quod nō omnificis: quis risum tuncat, sophismaq; non exhibet ineptissimum? An uero ad absolutam scripturarum perfectionem pertinet, ut quantumlibet rerum & personarum singulæ circumstantiæ explicentur, hendi uide& significantissime & fusissime? An non expreſſe & significanter sa

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

uis sub unica uoce Gentium, sub unica uoce Orbis uniuersi, sub una
ca uoce Creaturæ (Docete omnes gentes. Ite in orbē uniuersum, prē-
dicate euangeliū omni creaturæ) perinde omnes gentes & singula-
rum regionum populos comprehendit expressiō, ac si dixisset, Do-
cete Aegyptios & Afros. Ite ad Germanos, et ad singulas Germanic,
Asiae, Græcie & Septentrio[n]is urbes, adeoq[ue] singulis ciuitatum inco-
lis ac ciuibus prædictate euangelium? An ad scripturarum perfectio-
nem pertinet, ut nisi Latinus suam linguam, Germanus sua uerba,
Gallus suam dialectū in scripturis diuinis inueniat, & totidem qui-
dem literis, totidem uerbis, ea ratione & eo modo, quo uititur gens
quælibet, positum inueniat, quod inquirit, protinus clamiter non o-
mnia quæ pieratis sunt sacris cōprehendi literis? Satis & abunde qui-
dem satis esse dicunt sancti, si non discrepantia sed similia siue à q[uo]d
pollentia reperiantur, si in sensu nulla sit dissonantia. Quis enim ne-
sciat bonos viros de uerbis non digladiari, ubi probe conuenit de re-
bus? Ac quid uera, obsecro, quo minus liceat quæ perplexa & obse-
ra sunt, planioribus enūciare uerbis, quæ tamen seruiant ueritati scri-
pturæ, & quæ nihil aliud significant, quam quod scripturis configna-
tum est? Coacti sunt ecclesiārum pastores, prauorum dogmatum cer-
taminibus exagitari, exquisita perspicuitate uocabula aliquoribus
apposita inuenire, quibus quid sentirent explicarent, cauerentq[ue] ne
obliqua subterfugia relinquerent rixatoribus. Atqui ex aequo delipe-
re uidentur quillias uoces repudiare, uel ipsis in derogationem ab-
soluta scripturarum perfectionis abuti perrexerint.

Papistæ nō: Non nescio quomodo hęc excepturus sit Cochleus, clamabit hoc
possunt sua ipsum illud esse fundamentū, q[uod] pleraq[ue] Papistæ nitant. q[uod] tametsi fin-
illa dogmā gula sua dogmata totidē literis totidēq[ue] uerbis & talibus sententijs,
ta ostenderé qualibus utunt[ur] ipsi ex scripturis nequeant ostendere, illa tamen a se
in scripturis aliena non esse: & proinde nos peccare grauiter, qui non alia
ris compre causa Papismi multa repudiamus, q[uod] q[uod] scripturis non sunt expresa.
hen[s]. Ea enim ratione, ait Cochleus, rei[us]cis aliquot sacramēta nou[us] legis,
Confirmationem, Ordinē, Extremam unctionem, Matrimonii, &
multa alia, quæ tot saeculis pie creditit ecclesia: qualia sunt Missæ sacri-
ficij, Purgatoriū, Sanctorū inuocatio, &c. Ego uero Noui testamenti
sacramēta diuinitus instituta, Baptismum & Cœnam domini Chri-
stiane agnosco, & religiose ueneror: sed & reliquas ordinationes &
salutares ritus per scripturas confirmatos & traditos, tametsi prosa-
cramentis non recipiam, minime tamen gentium rei[us]cio atq[ue] conte-
mno. Cuius quidem generis sunt Catechismus puerorum, Ordina-
tio ministrorum & manuum impositio, Cura item infirmis agro-
tanib[us] sue

*antibus impensa, & si quæ alia sunt quæ secundum scripturas sanctas dei ecclesia custodit. Reliqua uero, Missæ uidelicet sacrificiū proprieatis & mortuis, Purgatoriū incendium, & Inuocationem diuorum scripturis planè aduersa esse, libera uoce profiteor, tantum abest ut ptem uel te uel ullum alium superstitionis patronum, solidis & ueris scriptura deductionibus, aut disertis scripturarum testimonijs demonstratur illa uel implicite uel explicite, ut tuo more loquar, comprehendere aut exprimi canonica scriptura. Neq; uero de uocabulis, sed de rebus nobis ceramen est. Nam Missæ uocabulum non tam offendit, quam quod per uocabulum Missæ significatur. Sed de his aliâs. Hæc enim obiter annotare uolui, ne inani spe Cochleus se oblectaret, futurum sperans ut recipiam aliquando quod ex scripturis mihi nequear probari.

Ad disputationem nunc paululum interruptam redeo, soluturus modo, deo propitio, nodos Herculanos, quos Cochleus, Strychno bene potus, sibi contexuisse uideatur. Ego ad pietatem & cultum dei internum refero fidem præcipue. Addo omnia fidei plenissime tradita esse in sacris literis. Cochleus autem nominatum recenset nobis Articuli fidem quidem & potissimos fidei articulos, nulla nobis scriptura, dei traditi, sed auctoritate patrum traditos. Verba ipsius audire liber, Si ciuita non scripti. extra scripturam nihil uelis admittere aut agnoscere, quod ad ueram pietatem pertineat, multos profecto reijcies articulos nostræ, quos summa cū pietate asserimus, à sanctis patribus nobis traditos. Quorum multos contra Vuilephum commemorat Vudefordus Anglus, multos cōtra Thaboritas M. Ioannes Pezibram Bohemus, & ego nonnullos contra Melanchthonem in Philippicas. Hæc ad verbum Cochleus. Cæterum non puto mihi uitio uerti, si nihil respondeam ad authores illos, quos citat aduersarius, nō classicos quidem illos, sed proletarios. Evidem barbarum siue exoticum illud uocabulum Pezibram nunquam ad aures meas peruenit, tantum abs ut librum hominis uiderim unquā. Guilielmi Vudefordi confirmationem articulorum Vuilephi, & præsertim articuli XVIII. legi iam olim, & ne quid in hominem ineptum scribam acerbius, hoc dux de arti duntaxat in præsentiuarum dixero, hac in causa Vudefordum multe hircum, Cochleum autem supponere cribrum. Nam illius sunt pars. & multa facere quæ ex sola scriptura deduci non possunt. Dicere ergo quod non est credendum uel ad monita Papæ faciendum, nisi quod sciunt clare deducere ex sacra scriptura, est planè contradicere ecclesiæ, &c. Quis hæc audiens non clamet prouinus, Sunt apina tri-

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

cæp & si quid uilius istis. Nam de ineptissimis argumentis quibus hic disputerat ineptus frigidissimam causam frigidissime tuerit, nihil nunc dicam cum alio festinet oratio. Illud uero acutum & elegans est, per Musas, qd doctor irrefragabilis Vuidelodus colligicdissimui spiritualē & temporela politā, si perget Vuidelodus afferere, ex scripturis credenda demonstrari oportere. Nam ex scripturis deduci non potest, inquit, quod Thomas Arundellus est archiepiscopus Cantuariensis, & Robertus Braizbroke est episcopus Londonien. Heinrichus rex Angliae. Quis hic quæsio risum contineat? Quis non exclamat,

Nauiget Anticyras

Elleborumq; bibat Samij Lucumonis acumen.

Illud autem fateor ingenue, quod Philippicas Cochlei nunquam uiderim legerimue. Vix enim suppetit tēpus legendi utilia. Quid quod ex pauculis Cochlei opusculis hactenus non indiligerent perfectius cetera eius omnia aestimo atq; cognosco, è similitudine, quod dicitur contextum, Aethiopem ex ipso uultu, ut non magnopere cupiam bonas horas male collocare.

Canonicis scripturis manifeste comprehensum esse articulum fidei de mysteriis adorandæ Trinitatis. Cap. VI L.

Impia est obiectione de articulo trinitatis tradito non scripto.



Ed quid attinet multa lectione argumenta colligere Cochlei, cum ipse potissima illa sua quibus nititur, abunde satis exponat per compendium. Potissimos uidelicet articulos ecclesiam non e scripturis sed à patribus traditos accepisse, uelut articulū de trinitate dei in una essentia diuina. Nam uerba Cochlei haec sunt, Inter quos articulos præcipius est de Trinitate personarū in una deitatis essentia. De quo sancte à te quoque responderi uelim. Scriptura enim nusquam dicit tres personas, nusquam essentiam, nusquam trinitatem. Et reliqua. Ego uero obiectionem huiusmodi, ut ingenue quod sentio dicā, non à nominis Christiani socio, sed à Machometista aut Iudeo aliquo sancta trinitatis iuris expectasset. Neq; sine magno animi mei dolore, non sine uehementi mentis commotione & indignatione haec tua legi, qui auctoritas propter scortum illud Romanum meretricemq; Babylonicam, propterq; Missam illam Italicam & commendationem traditionum humanarum, æterni ac omnipotentis dei & in secula benedictæ & adorandæ trinitatis fidem apud simplices & infirmos, tuis nugis obsecrare, & tantum non in dubium uertere. Proh pudor, quis dæmonum impura illa uerba in os tuum impurissimum inseruit, scripturam nusquam dicere tres personas, aut unam essentiam: à sanctis patribus illis.

illa nobis esse tradita? Quid enim hinc colligunt infirmiores, quam ar-
ticulum de fide sanctae trinitatis ab hominibus esse & inuentum &
traditum? Et quæ obsecro erit posthac fidei certitudo & stabilitas, si
ab hominum pendeat traditione? si citra aut extra scripturam (ita e-
nimi loqueris) hec tanta mysteria dicantur constituta? Absit, absit, ut
fides Christiana tam infirmo & caduco fundamento fulciatur & ni-
tatur. Negamus omnibus modis Cochilee, articulos fidei posse con-
siderari decerni ab hominibus. Fides nostra ut non reuelatur à carne &
& sanguine, ita non fundatur in humana decreta, sed in uera uiua &
externa dei testimonia, Paulo attestante, Prædicatio mea non erat in
persuasorijs humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus &
potentiarum, ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in poten-
tia dei. Et iterum, Fides ex auditu est, auditus autem per uerbū Chri-
sti. Et rursus, Cum acciperetis sermonem à nobis, accepistis non ser-
monem hominum, sed sicut erat uere sermonem dei.

Proinde corde sincero & ore aperto libere & diserte profiteor fi-
dem quam in benedictam, & de adoranda dei trinitate & unitate ha-
bemus & confitemur, è scripturis diuinis nos habere & cōsideri. Ad-
dimus sanctos patres grandi contumelia à Cochleo affici, si perrexe-
rūt defendere quod semel hisce uerbis effutuit. Si citra aut extra scri-
pturam nihil uelis admittere aut agnoscere quod ad ueram pietatem
pertineat, multos profecto reijcies articulos fidei nostræ, quos sum-
ma cū pietate asserimus à sanctis patrib. nobis traditos, &c. Hec em-
punita Cochlei sunt. Quasi uero patres sibi citra aut extra scripturas
credii uoluerint. Quasi Arium & socios inique damnarint, ex suis
uicinip inuentis non ē iudicio scripturarum uero. Damnarunt autem
Arium & socios iustissime. Sua enim omnia ex scripturis & confir-
marunt & tradiderunt ecclesiæ: eatenus sibi cupientes fidem dari, qua-
tenus ipsi uere deo crediderunt, & sua illa ex scripturis demonstrare
potuerunt.

Et ut proprius ad ipsam rem de qua agimus perueniat. Si Cochleo De uocabu-
lis est de ipsa re quæ creditur, ut arbitretur citra aut extra scripturam, lis Trini-
tatis, sapientia siue ingenio patrum, inuentum & traditum esse tas, Vni-
tas de unitate & trinitate dei credimus atq; fatemur, quis nō ipsum tas, Perso-
na pro ignaro scripturarum, aut impio defectore fidei uera exhibeat atq; na, &c.
Explodat! Ut iam non dicam quod manifestissimis & scripture & pa-
trium redargui poterit testimonij. Si uero certat de uocabulis rerum,
cuicunque sunt Trinitas, Vnitas, Essentia, Persona, quos sibi in for-
ma, ut aiunt, totidem uidelicet literis & syllabis, in sacris petit ostendit
libris, quis non indoctum, contentiosum & ineptum hominem

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

negligat. Si enim nescit, discat uel hodie prophetas & apostolos triusq[ue] testamenti seu sacri codicis scriptores atq[ue] notarios dei, Hebraice & Græce scripsisse. Sunt autem uocabula, Vnitas, Trinitas, Essentia, Persona nō Hebræa aut Græca, sed Latina: ut nō sit mirū si non reperiantur in sacris Hebraice & Græce editis. At hinc non sequitur omnina quæ pietatis sunt non plene comprehensa esse sacris literis: quod aduersarius protinus infert, & de quo nobis est contētio. Si enim negat similes aut æquipollentes inueniri in sacris literis, conuincetur turpissimi mēdaciā. Si cōcesserit, uicimus, imo uicit ueritas. Quid quod patres Latini uocabula illa sua, quæ obiecit Cochleus, non nisi consulta scriptura, & ex scripturis, & ad scripturæ sensum, suis pro tulerunt hominibus, quibus hoc quod scriptura credere docet, com mode & diserte explicarent. De qua re paulo ante nonnulli attigi.

De rebus significatis p[ro]uocabula. **C**ustodientes ergo patres ecclesiastici, docentesq[ue] eu[angelicas] faciem mentum, quæ unitatem in trinitatem disponit, tres dirigens, patrem, filium & spiritum sanctum, tres utiq[ue] confitēs, non statu, sed gradu: nec substantia, sed forma: nec potestate, sed specie: unius autem substantia & unius status & unius potestatis, quia deus unus, ex quo & gradus isti & formæ & species in nomine patris & filij & spiritus sancti deputantur, dixerunt unam esse dei essentiam, & tres distinctas personas, uel unam usiam, tres hypostases. Quid uero hic aberrari à uerbo dei? Vnde hæc nisi ex scriptura acceperunt. An non canonica scriptura paria & æquipollentia docuit iam olim? An non David pater ille Christi domini iuxta carnem nobilis, trinitatem nō obsecris quidem, sed clarissimis uerbis confitens, dixit, Verbo domini caeli facti sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum? An non ipse dei filius Iesus Christus eandem nos benedictam & adorandam trinitatem credere & confiteri docens, & iam olim per prophetas cōfessam confirmans, deniq[ue] sacramentum Christianæ religionis commendans, Data est mihi, inquit, omnis potestas in celo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen patris & filij & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæcunque precepit uobis? An non sanctissimus inter natos mulierum Ioannes baptista trinitatis mysterium meridiana luce clarius exponēs, testificatus, Quem misit deus, is uerba dei loquitur. Non enim ad mēsuram datus deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit illi in manum. Et cetera. Et iterum, Vidi spiritum descendētem specie columbæ de celo, & mansit super eum: & ego non nouerā eum, sed qui misit me ut baptizare aqua, is mihi dixit, Super quē uideris spiritū descendētem, ac manentem super eum, hic est qui baptizat spiritu sancto. Et ego vidi

Testimonia trinitatis. **C**a scriptura paria & æquipollentia docuit iam olim? An non David pater ille Christi domini iuxta carnem nobilis, trinitatem nō obsecris quidem, sed clarissimis uerbis confitens, dixit, Verbo domini caeli facti sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum? An non ipse dei filius Iesus Christus eandem nos benedictam & adorandam trinitatem credere & confiteri docens, & iam olim per prophetas cōfessam confirmans, deniq[ue] sacramentum Christianæ religionis commendans, Data est mihi, inquit, omnis potestas in celo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen patris & filij & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæcunque precepit uobis? An non sanctissimus inter natos mulierum Ioannes baptista trinitatis mysterium meridiana luce clarius exponēs, testificatus, Quem misit deus, is uerba dei loquitur. Non enim ad mēsuram datus deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit illi in manum. Et cetera. Et iterum, Vidi spiritum descendētem specie columbæ de celo, & mansit super eum: & ego non nouerā eum, sed qui misit me ut baptizare aqua, is mihi dixit, Super quē uideris spiritū descendētem, ac manentem super eum, hic est qui baptizat spiritu sancto. Et ego vidi

uidi, & testatus sum hunc esse filium dei. Sufficiant hæc illustrissima de sancta trinitate testimonia. Nam in ore duorum aut trium stabit omne testimonium.

Quod si his nondū uidetur Coch. expresse satis explicata esse per *Testimonia*. sonarum distinctio, adiūcimus his sequētia. Quid oro clarius dici post distinctiones terat pro personarum expressa distinctione, q̄ quod archangelus Gabriel personarū. briel apud S. Lucam uirgini dominicæ incarnationis sacramentum explanans, Spiritus sanctus, inquit, superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur sanctum, uocabitur filius dei. Habemus in his altissimi, dei nimis patris, personam. Præcedit enim in uerbis angeli, Is erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Habemus & filij dei ac spiritus sancti personas non confusa- uel immixtas, aut obscure duntaxat consignatas, sed clarissime cum proprietatibus suis in diuine significatas. Patri enim nascitur è uirgi- ne filius, qui æterna & ineffabili generatione ex patre erat filius. Fi- lius autem incarnatur, non pater, non spiritus sanctus. Spiritus sanctus uirginem fecundam reddit, citra uirile semen. Distinctas ergo non diuisas cernere licet personas, proprietatibus non essentia distan- tes. Quo pertinet & diuina illa theophania, quam Matthæus in fine tertii capituli describens, ait spiritum sanctum in specie columbae cœ- litus super caput Iesu descendisse, ac patrem è nube clarissima huius modi edidisse super filio oraculū. Hic est filius meus dilectus, in quo placata est anima mea. Rursus quid distinctius personarum propri- tates in una diuina essentia explicat illustrius, quam quod dominus ipse in euangelio dicit, Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spiritus ueritatis, is inducet uos in omnem ueritatem. Non enim loqueretur à semetipso, sed quæcunq; audierit loquetur, & quæ futura sunt annunciat uobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciat uobis. Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt. Propterea dixi quod de meo accipiet, & annunciat uobis, &c. Congruunt iterum testes ueritatis tres, qui significantissimis uerbis distinctionem sive proprietatem personarum testificati sunt.

Si rogar Cochleus cur non æque tres deos aut tres uiros sicut tres personas appelle in sancta trinitate proprietates? Respondeo, quia deos ut tres scriptura prohibet confiteri plures deos. Viri uocabulum separatam personas di- significaret substantiam. Persona uero non significat separatam sub cīmis. à substantia: sicut claruit in scripturæ locis modo adductis. Scholasti- cas subtilitates nihil moror, apostolicam & scripturæ simplicita- tem sequor.

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

Testimonia diuinæ essentiæ & sanctæ trinitatis
diuinæ es- indiuisæ unitatis mentio, quid obsecro illud est quod in Exodo in
sanctæ. hæc uerba legitur, Et ait Moses ad deum, En si ueniēs ad filios Israel,
dixerō eis, Deus patrum uestrorum misit me ad uos, ipsi⁹ interroga-
runt me, Quod est nomen eius? Quid respondebo eis? Et respondit
deus Moysi, Sum qui sum. Et ait, Sic dices filijs Israel, Sum, uel qui es,
misit me ad uos. Si nulla fit in scripturis essentiæ diuinæ mērio, quid
obsecro illud est quod dominus apud Isaiam dicit, Ego dominus,
Hu est nomen meum: & gloriam meam alteri non dabo. Ego sum
primus & ego sum nouissimus, & præter me non est deus. An non
sum ego dominus, & non est aliud deus præter me solum? Deus ius-
tus & saluans nullus præter me. Rursus quid illud quod ipse do-
minus in euangelio dicit, Antequam Abraham esset, ego sum? Erre-
rum, Ego & pater unum sumus! Proinde secundum scripturas credi-
mus adorādam trinitatem unius esse essentiæ, cum ipsa essentiæ dei,
quod & S. Augustinus fatetur, non aliud sit q̄ sancta trinitas uerus
deus. Plura postea de hac re dicam, ubi de coæqualitate dixerō filij.
Constat itaq; quod post tot & tam illustria plana exposita evidentiæ
urgentiæ scripturarum testimonia, quæ cunq; de trinitate pie credi-
mus, ex scripturis accepera & tradita credimus, & quod scripturæ om-
nia quæ pertinent ad credenda adoranda trinitatis mysteria, abun-
de satis comprehendentes tradant.

Augusti.
de sancta
trinitate.

Nec hic quicquam pro te facit quod S. Augustinus (quem & Vui-
defordus tuus adducit) lib. de Trinitate 7. cap. 4. Disputandi, inquit,
loquendiq; necessitate licuit tres personas dicere: non quia scriptura
dicit, sed quia scriptura non cōtradicit. Quis enim non uideat S. Au-
gustinū in hoc negotio unice ad scripturas respicere: cum Cochleus
perpetuō à scripturis auersus, & ad patres conuersus, ad ecclesiæ tra-
ditionem hanc cauissam reiçiat. Nam & inter alia adhuc significan-
tius loquens Cochleus, Credere nos, ait, tres in uno deo personas,
non autem tres deos aut dominos, ex ecclesiæ auctoritate & fide po-
tius quam ex ulla scripturæ locis habemus. Contra uero S. Augusti-
nus in eodem cap. quod modo citauimus, Certissime, inquit, & de
scripturis cognoscitur quod pie credendum est, & aspectus mensis
indubitate perceptione perstringitur, & patrem esse & filium & spi-
ritum sanctū: nec eundem filium esse qui pater est, nec spiritum san-
ctum eundem esse uel patrem uel filium. Et qnq; sequuntur. Nec dissen-
tiunt ab his quæ lib. 5. cap. 9. idem tradidit. Quod si S. Augustinus
Cochleo consentiens diserte diceret, nos mysterium uel sacramēum
trinitatis & unitatis dei non ex scripturis, sed patrum auctoritate ac
traditione

traditione accepisse & credere, non possem profecto scripturis usq;
adeo claris & euidentibus relictis cōcedere ad hominem. Atqui con-
stituit vir ille sanctissimus toram suam de sancta trinitate disputatio-
nem ex authoritate scripturæ canonicae, cuius præscriptioni præcipit
non modo in lib. de Trinitate, sed & in alijs operibus suis credere:
unde nos pie & recte scripturarum autoritatem unice in omnibus
appellamus.

Hactenus uero attigi uerius quam tractaui certos aliquot scriptu-
rae locos de sancta trinitate testantes, unitatemq; diuinæ essentiaæ asse-
tentes, atq; distinctionem personarum pulchre significantes: partim
ut lectori amplissimam occasionem subministrarem maiora copio-
floräue cogitandi & inquirendi, partim ut os aduersarij impudens
obstruerem. Potuisse autem si uoluisssem multo plures proferre lo-
eos. Si autem aduersario his nondum factum est satis, relego ipsum
ad librū scriptoris uetusissimi Tertulliani, scriptum doctissime con-
tra Praxeam. Nam in hoc libro ostendit adductis undiq; & collatis nus de S.
scripturis deum esse unum in essentia, trinum in personis. Præcessit trinitate.
hic scriptor synodum Nicenam annis 114. & amplius Floruit enim
sub Seuero principe Romano, cuius anno 15. ut ipse de se se testatur,
libros contra Martionem composuit: anno nimurum à nativitate do-
mini 210. à passione eiusdem 177. Paucissimos ergo ante se habuit scri-
ptores ecclesiasticos. Nam & Hieronymus inter Latinos recenset pri-
mum post Victorem & Apollonium. Nec est quod hæresim ipsi im-
pingat Cochleus. Licet enim in quibusdā hæreses, & Montanismi
maxime, sit notatus, in dogmate tamen adorandæ trinitatis nūquam
suspectus, sed semper habitus fuit pro orthodoxo. Is in media dispu-
tatione contra Praxeam, Scripturæ omnes, inquit, & demonstratio-
nem & distinctionem trinitatis ostendunt: à quibus & præscriptio-
nem deducitur. Hunc ergo ubi debellarit Cochleus, ad nos redeat.

Quin alios sibi querat quibus centones farciat. Gloriosus Thra-
so & Italicae Missæ propugnator, sua opinione inuictus, satis milita
riter hic insolescit & prouocat me in harenam, non sicciam quidem il-
lam & sociam, sed ad cruentam & letalem. Concedit mihi sanctæ
trinitatis & distinctionis personarum defensionem, seu personarum
demonstrationem: ipse sibi deligit patrocinium Missæ papisticæ: pro
cuius sacrificio pollicetur se producturū locos scripturæ denos, quo
ties ego pro trinitate, siue pro tribus personis, aut quod debeant dici
tres personæ, protulero singulos: idq; testa se mihi dicere in faciem,
anuetus proculdubio proprius cōgredi, pede pedi iungere, manumq;
manuui conserere, terribilis nimurum & inuictus Attalus. Deo autem

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

nostro gratias ago, qui sua prouidentia hoc negotium sic temperat,
ut nobis, aduersarijs quoq; ipsis permittentibus, defensio obueniat,
& demonstratio relinquatur sanctissimæ & per se satis inuicere &
evidenter ueritatis. Libenissime cedimus Cochleo patrocinium Ro-
manensium nugarum, imo & impieitatū & imposturam. Nec ad-
modum miror cur hic sibi Missæ delegerit patrocinium, mili trinita-
tis defensionem aut personarum distinctionem reliquerit. Demon-
stratio enim adorandæ trinitatis ex scriptura, non tam uberes & lat-
gas auri & argenti uenas aperit pfaſſis & monachis, quorum hic pa-
tronus est, atq; sacrificium Missæ & purgatorijs ignis, apud quem ual-
de bene, ut bonus ille pater aiebat, coixerunt aliquot ſæculis. Sed ex-
tra iocum, in faciem dico aduersario, niſi hic ſacris oraculis medium
porrigere digitum, niſi ex animo nugis renunciarit papisti-
cis, & augustinus ex ſcripturarum diuite theſauro de adorandis & ne-
mendis mysterijs in ſæcula benedictæ trinitatis apud ſimplices diſ-
ferere, & gloriā deo & ueritati eius tribuere cœperit, non admodum
propitium habiturum deum: cuius mystes celebris dixit, Maledictus
qui facit opus domini fraudulenter aut maligne.

Fides eccl. ſcie confen- Porro ne quam mili ſtruat calumniam aduersarius, profiteor in-
ſtans ſcri- genue & corde uero me sanctæ & orthodoxæ ecclæ cōfessionem
pturis. de sancta trinitate uenerari & exoſculari. Agnosco enim quod ſuam
confessionem ex ſcripturarum arcanis accepit & fidelibus tradidit.
Quia ergo ſcripturam pro uerbo dei agnosco, recipio & profiteor fi-
dem ecclæ cōſentientem, imo peritam ē ſcripturis: non autem cum
Cochleo conſiteor articulum de trinitate magis confirmatum tradi-
tumq; nobis ex ecclæ quam ſcripturarum authoritate: imo contra
trium planè aſiero. Sicut autem ad gloriam dei & ſcripturarum abſo-
lutam perfectionem aſſerendā trinitatis mysterium ex ſcripturis aſſe-
rui, ita paulo post ex iſdem ſcripturis deo iuuante & propitio ſic aſſe-
ram unicum Christi ſacrificiū, ut manifeſte inde colligescat nugas
& meras impieates eſſe, quas tenebrio Cochleus de Missæ papifticæ
ſacrificio proſert.

*Filium patri coequalē aut consubstantialem eſſe, manifestissime in ſcripturis
ſanctis doceri.* Cap. VIII.

Mysterium
Christi do-
mini nullis
ſcripturis



Ergariam Cochleus reliquos nobis de Christo articu-
los in ſcriptura non comprehēſos enumerare. De Christo
ſto insuper multa, inquit, pie credimus, quæ non expli-
cat canonica ſcriptura, uerbi gratia, Christum eſſe homu-
ſum explicatum ſion ſeu consubstantialem & coequalē (hanc enim uocem addit-
Cochleo. cap. 9.) deo patri. Contra Arianos. II. Mariam eſſe dei genitricem,

ac perpetuo uirginem. Vel, Christum esse unigenitum uirginis Matris filium. Contra Heluidium. III. Christum esse unius personæ & duarum naturarum. Contra Nestorium. IIII. Christū habere duas voluntates in una persona. Contra Monothelitas. V. Christum habere præter diuinum spiritum rationalem quoq[ue] animam. Contra Apollinarem, &c. Hæc exempli & breuitatis cauſa sufficiant: quæ ab ecclesia edocti firmiter credimus & pie asserimus, licet in scripturis non sint expreſſe comprehēſa. Iſta omnia Cochlei ſunt, qui niſi propter expuſſet cerebrum, aut arbitraretur ſe apud fungos uerba fundere, quibus uel nullus fit codex ſacer, uel qui codicem ſacrum legere non poſſint; aut qui blateroni cuilibet credant quidlibet, proculdu- bio nunquam auſus fuifſer tam prodigioſas nugas & mendacia ſu- penda ſpargere per eccleſiam. Ut uero eccleſia dei quæ impuris Co- chlei uerbi grauiter haud dubie offenditur, clare cernat, imo et mani- ſeffiſſime deprehendat Cochleum uanifſima mendacia contra Chri- ſum & uerbum eius (non libenter huiusmodi uerbi utor, ſed zelus ille meus non iniuſtus ſpero, quem pro gloria uerbi dei gero, incal- ſens, ipsa extorquer) configere & euomere, docebo nunc & euin- cam perspicuis scripturæ testimonij Christum Iesum dominum no- ſtrum patri eſſe conuificantem & coæqualem: hoc eſt demonstri- bo quod scriptura explicit & expreſſe comprehendat Christū Iesum parti deo coæqualem, adeoq[ue] ipso, id eſt conuificantem eſſe.

Dominus apud Zachariam in cap. 13. Excitare o gladie, inquit, ſu- per pastorem meum, & ſuper uirū coæqualem mihi, dicit dominus patri filius. exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves. Et reliqua. Hæc autem uerba de Christo exponenda eſſe, euincit authoritas euange- lica. In euangelio enim ſecundū Mathatum hæc ipsa uerba recitans dominus Iesus, ſibiipſi aptat. Si obiicit Cochleus S. Hieronymū, non uertiffe, cupio ediferat mihi quid legerit, quid uerterit, & quomo- do expoſuerit eum locum S. Hieronymus. Non poterit aliud respon- dere, q[uod] Cōmentarij prodiit eſt Hieronymianis. Legit ergo ex Hebreo q[uod] גָּבֵר עַמְּךָ. Nam poſtemū hoc, de quo lis eſt, ma- nifeſte ponit in commentarij ſuis. Atqui apertum eſt omnibus He- braicæ linguae uel mediocriter peritis quid ſignificet קָרְבָּן. Lexica linguae ſanctæ tradunt eam uocem ſignificare conſimilem, parem, ſocium, proximum, &c. Iam nemini obscurum eſt quid uerterit Hieronymus ſuper uirum coaherentem mihi. Ita autem uoluit uir ſan- tius intimam ipſam q[uod] ſubstantiam, ut ſic dicam, inhaerentiam ſue coæqualitatem & immanentiam patris & filii propriissimam expri- mere. Nam his uerbis quod uerit exponit, dicens, Et uir coaherens

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

deo, qui ait, Ego in patre, & pater in me, &c. Quomodo autem est filius in patre, aut pater in filio? An sicut Metangismonit fabulantur an potius secundum aequalitatem in diuinitate & potentia: sicut orthodoxe sentit Phylastrius. Zacharias itaq; propheta testatur patri filium esse coæqualem, ac testatur uerbis luculentissimis. Falsissimum ergo dicit Cochleus, scripturam id nec explicare, nec expresse comprehendere.

Cōsubstantialis patri filius. Prodeat iam & Ioannes arcanaurum cœlestium secretarius, Christus domino præ alijs dilectus discipulus, ac disserit uerbis testant patris filium esse consubstantiale. Clamat ergo, Deus erat sermo ille. Hic erat in principio apud deum. Omina per ipsum facta sunt, & sine eo factum est nihil, quod factum est. Testificatur his perspicue, opinor, satis filium siue uerbum aut sermonem non esse factū. Nam quæcunq; facta sunt, inquit, per ipsum facta sunt, adeo ut sine eo factum sit nihil, quod modo factū siue creatura est. Vnde manifestissimum est filium iuxta diuinā naturam non esse creaturam. Si autem creatura non est, eiusdem cum patre substantia est. Omnis enim substantia quæ deus non est, creatura est: & quæ creatura nō est, deus est. Quod si filius non est eius substantia cuius pater est, certe facta substantia est. Si facta substantia est, mentitur qui dixit omnia quæ facta sunt per ipsum esse facta. Atqui uerū dixit qui testatus est, omnia quæ facta sunt, per ipsum esse facta: est ergo filius unius eiusdemq; substantie cum patre, ac siccirco consubstantialis patri, non tantum deus, sed & uerus, id est substantialis deus. Huc pertinent & Ioannis baptista testimonia illa, Deum nemo uidit unquam, Vnigenitus filius, qui est in finu patris, ipse enarravit. Item, Post me uenit uir qui me antecessit, quia prior me erat. Apud eundem in cap. 5. ita legis, Propterea ergo quærebant Iudæi eum interficere, quia non solum soluisset labiatu, (καὶ οὐ πάτερ ἐστι τοῦ θεοῦ) sed & patrem suum (proprium utiq;) dixisset deum (τὸν) æqualem se faciens deo. At Graeci non exponunt per δους. Nequirautem aequalitas aut similitudo illa inter patrem & filium in ulla alia re esse, quam in substantia. Nam & Augustinus in Tractatu in Ioan. 17. Non quomodo cuncti, ait, patrem suum dicebat deum, sed quid? Aequalem se faciens deo. Alioquin omnnes dicimus deo, Pater noster qui es in ecclis. Legimus & Iudeos dixisse, Cum tu sis pater noster. Ergo non huic irascebantur, quia patrem suum dicebat deum, sed q; longe alio modo q; homines. Ecce intelligunt Iudæi quod non intelligunt Ariani. Ariani quippe in aequalem patri filium dicunt, & inde hæresis pullulat in eccliam. Et certe uerba euangelistæ hunc sensum ipsa exprimunt, diligenter finit.

gula obseruantibus. Nam Iudæi intelligunt ex uerbis saluatoris do-
 minum singulari quodā modo deum appellasse patrem suum, utiq;
id est proprium natiuum seu genuinum, ex quo naturaliter natura-
 lis filius patri sit genitus, coequalis & consubstantialis. Sequitur e-
 nim protinus, & qualem se faciens deo. Quo sanè nihil potest dici cla-
 riū, euidentius, & instituto nostro magis appositum. Rursus Ioan-
 nis 8. dicit dominus, Si deus pater uester esset, diligenteris utiq; me.
 Ego enim ex deo processi & ueni. Duobus utitur uerbis procedendi
 & ueniendi. Priori subindicauit æternā illam & ineffabilem ab æter-
 no generationē qua ex patre genitus est, talis utiq; procedens filius,
 qualis erat pater, lumen de lumine, deus uerus ex deo uero, consub-
 stancialis patri. Posteriori incarnationem denotauit. Descendit enim
 filius dei de cœlis, & uenit in mundum. In eodem capite non sine iu-
 reirando illud expresse explicans, quod Cochleus toties scripturis
 nō explicatum esse clamat, dicit, Amen amen dico uobis, antequam
 Abrahā nasceretur, ego sum. Non dicit sui uel ero, sed sum, alludens
 nimirum ad essentialē dei nomen, cuius mentio fit Exodi 3. Vsurpat
 itaq; dominus Iesus patris nomen, quod ineffabilem essentiam & in-
 demutabilem naturam significat. Sicut ergo deus pater tempus ne-
 scit, & semper est quod est: ita filius quoq; iuxta naturam diuinam
 non nouit tempus, sed semper idem fuit, & idem nunc quoq; manet
 & est in sæcula deus benedictus. Huc pertinet & illud domini dictū
 perspicuum & percelebre, Ego & pater unum sumus. Vnum utique
 potestate, uirtute, subsistētia siue essentia diuinitatis. Neutrū enim
 uerbum cum sit, non pertinet ad singularitatem, sed ad communio-
 nem rerum omnium, & præcipue ad unitatem siue identitatem natu-
 re atq; substantiæ. Vnum præterea dixit significanter, non unus: nec
 sum dixit, sed sumus. Illo percutiens Ariū, hoc iugulans Sabellium.
 Negat aliter quam de coequalitate & consubstantialitate patris ac fi-
 lii intellexerūt ista auditores Iudæi, quos hoc nomine Cyrillus The-
 saur. lib. 12. cap. 15. Arianis putauit meliores. Sequitur enim, Sustule-
 runt ergo lapides Iudæi, ut lapidarent eum. Quare lapidarent? Quia
 lex iubet illum lapidibus obruere, qui diuinā sibi arrogat gloriam,
 proq; deo sese uendarit. Imo ipsi Iudæi protinus adjiciunt, Ob bo-
 num opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam: & quia tu homo
 cum sis, facis te ipsum deum. Quibus nescio si quid uel fingi potuisset
 clarior & euidentius magis, pro nostræ assertionis confirmatione. Cui
 illud insuper accedit quod dominus ipsos non redarguit erroris, sub-
 mones perperam illos quod dixisset intelligere. Imo planius, fusius
 & euidentius per consequentia declarat atq; confirmat, quod deumi

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

non blasphemarit, cū deus sit uerus, filius utiq; dei naturalis, ac consubstantialis patri. Verba non recitabo. Sunt enim omnibus exposita, Ioan. cap. 10. Plura adhuc possem huius generis argumenta & testimonia pro instituto nostro proferre ex euangelio Ioannis, nisi hęc sufficeret, abunde satis perspicua & inuicta. Mirum uero si nondum p̄cenite Cochleum suę temeritatis. Mirum si nondum pudet libelli illius sui putidissimi, titulotenus quidem pro authoritate Canonice scripturę & catholicę ecclesię, sed reuera contra autoritatem ab solutam perfectionem diuinarū scripturarum editi? Sed uinciemus illum uinculis & noq;is quoq; alijs, non minus insolubilibus.

Paulus ma- Nunc enim unum atq; alterum ē Paulo doctore gentium profes-
nifessime remus testimonium. Hic ad Colossem. de domino nostro Iesu Christo loquens, Qui est imago, ait, dei inconflicui, primogenitus unius
patri esse uersæ creaturæ quod per illū creata sint omnia. Et cætera Colos. 1.
consubstan- Hoc uero quid obsecro aliud est quam si dixisset, Filius patri consubstan-
tiale. tialis est. Cum enim deus secundum suam substancialiam sit inuisibilis, & lucem habitet inaccessam, consequens est dominum Iesum secundum assumptionem speciem humanam, non esse imaginem dei inconflicui: immo necesse est in Christo aliud esse secundum quod imago dei sit, nimirum ipsa diuinitas, iuxta quam patri coequalis est, lumen ex lumine, deus uerus ex deo uero, consubstantialis patri. Quo referendum puto & 1. cap. epistolę ad Hebræos. Ad Philippenses. idem Apostolus, Is. dicit, affectus sit in uobis, qui fuit & in Christo Iesu, qui cum esset in forma dei, non rapinam arbitratus est ut esset æqualis deo, sed semetipsum inaniuit forma serui sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut homo. Et reliqua. Poterat hic locus unicus sufficere sobrijs mentibus, & nullo contentionis mero ebrijs. Nam diserte testatur filii patri homousion & coequalis esse. Nam in forma dei esse, nil aliud ēst, q; deo per omnia æqualis, adeo q; ipsum deum esse. Sequitur enim, Formam serui assumpti: id quod iterum exponitur per cōsequens. In similitudine hominum constitutus: id ēst, uerus homo factus, cæteris hominibus nulla in re dissimilis, peccato excepto: quod idem alibi appēdit. Nam prout unus adiūgit denuo, Et figura repertus ut homo. Proinde in forma dei esse, nil aliud est quam ipsum deum uerum esse, deo pari per omnia similem. Adiūcit enim, Non rapinā arbitratus est ut esset æqualis deo. Rapina autem res est aliena, quæ possidetur per iniuriam. Cum ergo dei filius natura esset filius, deo per omnia æqualis, non rapina, id est alieno modo, siue per rapinam ueluti Iuppiter aliquis, sed natura erat æqualis deo. Consequitur ergo necessario & perip-

cute

Cum filium patri esse coequalē & consubstantialem. Habet Cochleus propheticis, euangelicis apostolicisq; comprehensum literis, & expresse quidem comprehensum, adeoq; diserte expressum, quod ne gabat in scripturis exprimi & explicari, patri filium esse coequalē & consubstantialem. In fœdo itaq; deprehensus errore propriam contumaciam sancta Christi ecclesia porreat ignominiā. Vindicat semetipsam scriptura, & stultitiae, ut ne quid dicam acerbius, redarguit stultum Cochleū. Sentit iam claritatem & absoluta uerbi dei perfectionem, quam satis irreligiose impetrat. Dominus aperiat cæcis oculos.

His omnibus illud quoq; accedit, quod ne ipsi quidem patres ue*teri* Patres ue*teri* tusti, qui uocabulo *euos* frequenter & necessario in conflictu contumaciam testan*tria*, qui uocabulo *euos* frequenter & necessario in conflictu contumaciam testantur se accesso*tra* impium Arium usi sunt, & quo tulissent animo, si ipsorum saecul*lo* hoc dixisset Cochleus, quod modo literis maledare fuit ausus, Chri*pisse* Concilium dei filium homousion, id est consubstantialem esse patri, nullis substatialis expressioni contineri scripturis. Ac ne quid odiosius in aqueriarum uoce ex scripturis videtur contingere, proferam aliquot sanctorum parum testimonia, purius. quæ ipsum uanitatis & imperitiae redarguant, scripturarum uero absolutam perfectionem confirment, adde & confessionem fidei nostræ roborent.

Epiphanius Salaminae Cyperi episcopus, pietate & eruditione uir clarissimus, in opere suo contra hæreses edito, quod appellauit *Pana*nus**, lib. 2. tom. 2. de Ariomanitis uerba faciens, Rursus, inquit, praetextum curatiū hoc pharmacum & salutare antidotum, firmitatem fidei sanctæ dei ecclesie abiucere uolentes, ac dicentes, Vnde nobis Essentia nomen affertur? Cur filius coessentialis patri dicitur? Quæ scriptura dixit de Coessentialitate? Quis ex apostolis essentiam dei dixit? Non sciunt autem quod & substantia & essentia idem estrahi posse. Consistit enim dominus in substantia sua. Et hoc, Splendor glorie & character substantiae ipsius. Essentia igitur est non excessus, sed ipsum hoc quod est: sicut dicit Moses, Qui est misit me, ad filios Israël loquens: Qui est igitur, est quod est. Quod uero est, essentia existens est. At particula con, non unum rursus significat, sed de coessentiali duo perfecta significat, sed non inter se diuersa, neq; ab ipsorum unitate aliena. Si uero etiā uteremur pieratis gratia dictione aliqua proprie*ter* connexionem ueritatis. Nam sine hoc ut confiteamur coessentiali omnes hæretici confutari non possunt. Quemadmodum enim serpens edit odorem bituminis, & spirationem cerui, & suffum gagata lapidis, & fumum styracis: sic etiam Arius & Sabellius odio habent uerbum confessionis coessentialis in ueritate. Sed tamen ad ipsos dicimus, Etiam si non esset haec uox in diuinis scripturis (est

AD IO. COCHLEI LIBELLUM¹

autem & clare habetur in lege & apud apostolos ac prophetas: ex duobus enim aut tribus testimonij stabilitur omne uerbum) attamen licet nobis propter pietatem uti dictione utili ad muniendam sanctam fidem. Et reliqua. Hæc Epiphanij sunt.

Ambrosius Porro ex scriptoribus Latinis eximiæ doctrinæ & sanctimoniorum S. Ambrosius lib. de Fide contra Arianos cap. 4. Quæ est, inquit, substantia dei? Ipsum quod deus est simplex, singulare, purum, nulla concretione permixtum, lympidum, bonum, perfectum, beatum, integrum, sanctum, totum. An tu putas inane aliquid esse & vacuum quod est deus? Hoc enim dici blasphemia est, ut inane putetur per quem cuncta consisterunt: qui omnia uerbo edidit, ratione composuit, uirtute proficit, cuius nutu & imperio cuncta reguntur, cuncta deseruiunt. Et bene quod deo legis scriptum, Ego sum qui sum, & qui est misit me. Et ipse saluator dominus, Hæc est inquit uita eterna, ut cognoscat te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Est ergo in substantia essentia sua deus: cuius cognitione uita eterna est, qui & tantus est quantum dici non potest. Qui tunc dignus erit, cum inestimabilis dicitur, utique uelis an nolis. Ergo ipsum quod est, hoc est substantia huius rei quæ esse defenditur, quod tamen iam dictum est, quantum & quale si nec mente concipi, nec sensu existit, nec animo definiri potest, dummodo constet esse quod esse creditur, ut de eo ipso quod deus est, inde sit filius, ut uerus sit filius, & uerus sit pater in filio, & filius in patre: hoc erit Homousion, id est unius substantiae cum patre. Sicut ipse dominus ait, Ego in patre, & pater in me. Ego & pater unus sumus. Et, Ego de patre exiui. E, Qui me nider, uider & patrem. Non immerito, quia filius dei deo parente natus est, & ideo de unitate substantiae, & de maiestate deitatis, unum sunt, &c. Et in cap. 5. Cum ergo hanc unitatem substantiae in parte & filio non solum prophætica sed & euangelica autoritate cognoscas: quomodo dicis in scripturis diuinis homousion non inueniri? Quasi aliud sit homousion, quam quod dicit, Ego deo parente exiui. Et, Ego & pater unus sumus. Vel quod prophæta ex apero substantiam dei intimabunt? Hæc est autem nominis ratio, ut in parente & in filio unitatem substantiae credas, licet rem ipsam quæ est inenarrabilis definire non possis, ut siue lumen de lumine dicas, siue uerbum de uerbo, siue spiritum de spiritu, siue dominum de domino, quodcumque de eo dixeris unius tantum essentiae patrem & filium credas, & de eo ipso quod pater est filium intelligas. Et cetera.

Arianus dicens in scripturis non continet Homousion. Ambrosium uero sequimus D. Aurelius Augustinus ecclesiæ Christi doctorem fidelissimum doctissimumque, in Altercatione cum Pascacio, Consulibus.

Augustinus.

Consubstantialem, inquit, sibi genuit filium pater, quia non accepit tanquam creatura, indigens unde genuisset, tota copia, quod ipse est, hoc genuit, perfectum genuit, quia sine tempore est ipse, qui genuit & quem genuit. Si homo generat quod est, deus non potuit generare quod est? Accepit homo ab ipso deo, et tamen licet acceperit, hoc generare quod accepit, a nullo accipiens pater deus, quod est, generare non potuit? Hanc æqualitatem substantię *oppositam* sermo Græcus ostendit, nil austерum, sed optimum dulcę, & hoc quod credēdum est humanis cordibus introducit. Etsi enim uerbum ipsum in lege scriptum non inuenitur, quia æqualis est patri filius, per beatum Ioannem primitus, & per Paulum postea comprobatur. Ioannes enim æqualitatem dixit, Paulus formam impleuit. In duobus, inquit scriptura, aut tribus testibus stabit omne uerbum. Per duos enim uerissimos testes iam probauimus unius substantię esse æqualesque patrem & filium. Addamus & tertium Thomam illum discipulum post dubitationem fortius confidentem dominum & deum, quem nec restituere crediderat crucifixum. Dominus meus, inquit, & deus meus. Approbat filius dictum, quia se cognoscit à sua creatura iustissime deum & dominum proclamat, patri utique & sancto spiritui coæternum. Homousion itaque uerbum est Græcum, & Christus Græcum est nomen. Qui accusat per iniustitiam de uerbo quod nō intelligit, fidem non accipiat & de nomine nomen. Homousion uerbum unius eiusdemque substancialiter sonat in Græco non quenquam infirmum, sed patrem & filium & spiritum sanctum. Et quæ sequuntur.

Idem author significantius scripturæ omnem deferens honorem, *Augusti.*
eisti interim patrum disputationes non contemnat, sed ijs quoq; suum *hoc nego-*
locum relinquit in ecclesiā, lib. contra Maximinum Arianorum epi- *tium nō ex-*
scopum 3. cap. 14. Pater, inquit, & filius unius sunt eiusdemque substancialiter. *sed*
Hoc est illud Homousion quod in Consilio Niceno aduersus hæreticos Arianos à catholicis patribus ueritatis autoritate & authori scripturæ reticere firmatum est: quod postea in Consilio Ariminensi pro*uuli indica-*
tatis ueritate firmatum est: quod postea in Consilio Ariminensi pro*uuli indica-*
fides antiqua pepererat, multis paucorum fraude deceptis, hæretica
impietas sub hæretico imperatore Constantio labefactare tentauit.
Sed post non longum tempus libertate fidei catholicæ prævalente,
posse aquam uis uerbi, sicut debuit intellecta est, Homousion illud ca-
tholicæ fidei sanitatem longe lateque defensum est. Quid est enim Ho-
mousion, nisi unius eiusdemque substancialiter? Quid est inquam Homou-
sion, nisi Ego & pater unum sumus? Sed nunc nec ego Nicenum, *Vide & ob-*
iecta debes Ariminense tanquam præiudicaturus proferre consilium: serua.

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

nec ego huius autoritate, nectu illius detineris: scripturarum authoritatibus, non quorundam proprijs, sed utrisque communibus testibus; res cum re, causa cum caussa, ratio cum ratione concertet. Vt igitur legimus, Ut sumus in uero filio eius Iesu Christo: ipse est uerus deus & uita eterna. Vt igitur tati ponderis molibus cedamus. Dicite ergo nobis, Vtrum iste uerus dei filius ab eis qui gratia filij sunt huius nominis, quadam proprietate discretus de nulla substantia sit, an de aliqua est. Non dico, inquis, de nulla, ne de nihilo dicam. Ergo de aliqua est. Quapropter, De qua? Si non de patris, aliam quære. Si aliam non inuenis, quia omnino non inuenis, patris agnosce, & filium cum patre homouisione confitere. Hæc ex Augustino recensui hucusque.

Ita uero hactenus protuli ex patribus, non quod patrum aut uelorum hominum authoritati innitar, scripturis enim innitor: sed uel lectores cernant Cochleum omnibus modis superatum, & in errore fredo deprehēsum, ne patres quidem in hac caussa sibi habere propitiros atque fauentes. Interim testimonia & expositiones scripturarum patrum libenter & magna cum gratia recipio & laudo, quod uides uidelicet sua illa uel ex scripturis deducunt, uel scripturam scripturis illustrant: quod hoc in negotio abunde præstiterunt.

Mariam & dei genitricem & perpetuam uirginem esse, manifestissime in scripturis sanctis doceri. Cap. IX.

Maria est
mater dei.



Værità præterea Cochleus quibus scripturis sit proditum Mariam sanctam & dei genitricem & perpetuam uirginem: Ego uero respondeo, mirari me Cochleū uictus re lolio tam uili scilicet tritico. Reuera enim lusciosum esse oportet, qui in scripturis non uider, quod tanto irradiat fulgore. Isaías enim clamat, Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabit nomen eius Emmanuel. At qd obsecro significat Emmanuel? Mattheus hoc interpretas, Emmanuel, inquit, si quis interpretetur, sona nobiscum deus. Concepit ergo & peperit uirgo deum, unde merito appellatur Dei mater: uel Ioanne quoq; attestat & dicente, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Certè S. Athanasius in epistola ad Episcopum Corinthiorum episcopum, Conticescant de cetero, inquit, qui aliquando dixerit eum qui ex Maria prodit, nō esse ipsum Christum & dominum & deum. Si enim non deus erat in corpore, quomodo statim progressus ex Maria, uocatus est Emmanuel, quod est, si interpreteris, nobiscum deus? Quomodo uero etiam Paulus, si non uerbum erat in carne, Romanis scripsit, Ex quibus Christus quantum ad carnem attinet, qui est in omnibus deus benedictus in secula. Amen. Hæc ille.

sam

Iam uero & archangelus Gabriel apud Lucam eadem uerba prophetae repens, Ecce, inquit, in utero cōcipes & paries filium, & uocabis eum Iesum. Is erit magnus, & filius altissimi uocabit. Et mox, Quod nascetur sanctum, uocabitur filius dei. Fetus ergo editus ex uirgine, est ipse dei filius, iecurco mater huius fetus est mater filij dei. Accedit his tertium Elizabethæ, non modo clarum, sed expressissimum quoque testimonium. Hæc cum uidisset & audisset deiparam ultro in montana ad se uenientem, exclamat, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me? Audis Cochlee Mariam uirginem manifeste appellari domini matrem? Non opinor tam rudis es apostolicarum litterarum, ut ignores in idem recidere, siue quis dicat matrem dominii, siue matrem dei. Imo apostoli Iesum Christum, dominū frequenter appellant quod deum, ac per dominū ipsum deum intellexerunt. Notissima enim sunt quæ de hac re tradidit S. Petrus apud Lucam libro Actuum apostolicorum cap. 2. Cæterum ne quis Elizabethæ testimoniū eleuaret tanquam formineo aut muliebri prolatum assertuo, præmisit Lucas. Et repleta est spiritu sancto Elizabeth, exclamavit vox magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres. Et reliqua. Proinde ē spiritu sancto, in literis sanctis, circa ambages & non obscurè relatū est diuam uirginem Mariam & dici & esse matrem dei.

Perpetuam uero uirginis integritatem Ezechiel propheta prophe^{tico enigmate significauit, cum conuersus ad uiām portæ sanctuarij} Mariæ perseruameſſe virginem.
*Porta hæc clausa erit, & non aperietur, et vir non trahibit per eam, quoniam dominus deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi. Nonne satis apte propheta depinxit sacratum uirginis uterum, ex quo nobis exortus est sol ille iustitiae, qui illuminat omnem hominem ueniens in hunc mundum: de quo & Zacharias apud Lucam, Visitauit nos oriens ex alto, ut illucescat his qui in tenebris & in umbra mortis sedent. Clusa era hæc porta ante partum, clausa fuit in partu, clausa mansit & post partum. Soli Christi principi patuit, qui suo ingressu sanctificauit eam, egressu consecravit, quoniam illa non spectabat nisi ad Orientem, unde purissimus emergit Sol, sol ille nunquam occidens, innouans & exhilarans omnia. Spectabat ad uiām sanctuarij exterioris, quoniam ea nativitas erat extra uulgarem hominum natuitatem, nil habēs admixtum humanae concupiscentiæ. Nec aliter interpretatus est eum locū Ezechielis & Proclus ille Cyzicenus episcopus, uir in ecclesia Christi *Lauda de ipsa maximi nominis. Beatissima certe dei genitrix impollutus est uirginis,**

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

nitaris thesaurus, rationalis secundi Adam paradisus, officina unio-
nis naturarum, thalamus in quo uerbum desponsauit carnem, ani-
matus naturæ rubus quem diuinæ paruritionis neutiquam exusit
ignis, uere leuis illa nubes, eum qui supra Cherubim stetit cum coro
pore gestans, celestis plauis purissimum uellus, ex quo pastor ouem
indutus est, Maria deniq; ancilla & mater uirgo & cœlū, unicus deo
ad homines pons. Ac cui quæso uerisimile uideatur uitrorum iustissi-
mum Ioseph, templum illud sacrosanctum soli dei filio cōsecratum,
unquam complecti potuisse, qui angelo docēre didicerat uirginem
& concepturam & parituram, qui præterea ex uirgine natum uide-
rat eum, quem cœlestibus hymnis celebrabant angeli, adorabat ma-
gi Persici, pro deo & redemptore exosculabantur Simeon & Anna
prophetissa in templo. Postremo cum ipsa sic loquitur archangelo,
Quomodo fieri istud, quoniam uirum non cognosco: satis aperit per-
petuum uirginitatis propositum. Sed & epipheton Virginis ita semel
est deiparae attributum, ut postmodum nunquam ademptum uidea-
tur. Pluribus hac de re ex scripturis agit S. Epiphanius contra Antidit
comarianitas lib. 3. tomo 2. qui & inter alia, disputationem suam scri-
pturis imponens & superædificans, Audiui, inquit, à quodam, quod
audet aliqui de Maria dicere, quod postquam genuit salvatorem, co-
pulata est uiro. Et non admiror. Nam ignorantia eorum qui certitu-
dinem diuinarum scripturarum non nouerunt, neq; in historijs uer-
sati sunt, semper ab alijs ad alia trans fert ac distrahit eum qui ex pro-
pria mente uult aliquid de ueritate inuestigare. Et cetera.

Christo domino in una persona duas esse naturas, manifestissime scri-
pturis doceri. Cap. X.



Vnc quoniam Cochleo uisum est, nullis explicari scri-
pturis quod Christo due sint in una persona naturæ, sed
tamen patres religiose contra Nestorium ecclesiæ tradic-
derint, audiamus quid beatus & fidelis ecclesiæ Tridentini
næ episcopus, & glorirosus Christi martyr Vigilius super hanc nobis
reliquerint, ut inde omnes intelligat sanctos patres omnia sua ar-
ma contra Nestorium & Eutychem de prompta, ex armario perficie-
scripturarū: de quibus loquens Apostolus, utiles esse perhibet ad do-
ctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, que
est in iustitia, ut integer sit dei homo, ad omne bonum opus appara-

Proprietatis, 2. Timoth. 3.

tis sine naturæ uox. Vigilius ergo lib. contra hæreses 1. Cur, inquit, isti uel quomodo
in ambabus naturis proprietatis nomen refugiunt, nescio, num eouig-
afferta. perfidiae uelamine obducuntur, ut non uideant, non intelligant in
Christo

Christo aliud diuinitati, aliud humanitati eius congruere, licet simul
urumq; commune. Ait namq; discipulis suis, Si diligenteris me, gaude
reis, quia uado ad patrem, quia pater maior me est. Et iterum, Expe-
diri uobis ut ego eam. Si enim ego nō abiero, paracletus ad uos non
ueniet. Et certe uerbum dei, uirrus dei, sapientia dei, semper apud pa-
trem & in patre fuit, etiam quando in nobis nobiscum fuit. Neq; e-
nī cum terrena misericorditer incoluit de cœlesti habitatione re-
cessit. Cum patre enim ubiq; est totus pari diuinitate, quem nullus
continer locus. Plena quippe sunt omnia filio, nec est aliquis locus
diuinitatis eius præsentia uacuus. Vnde ergo & quod se iturum dicit
aut quomodo se ad patrem perrecturū adserat, à quo sine dubio nun-
quam recessit. Sed hoc erat ire ad patrem, & recedere à nobis, auferre
de hoc mūdo naturam quam suscepere ex nobis. Vides ergo eidem
naturæ proprium fuisse, ut auferretur & abiret à nobis, quæ in fine
temporum reddenda est nobis secundum attestantium uocem ange-
lorum. Hic Iesus qui receptus est à uobis, sic ueniet quemadmodum
uiditis eum euntem in cœlum. Nam uide miraculum, uide uiriisq;
proprietas mysterium, Dei filius secundum humanitatem suam re-
cessit à nobis: secundum diuinitatem suam ait nobis, Ecce ego uobi-
scum sum omnibus diebus usq; ad consummationem sæculi. Si no-
biscum est, quomodo ait, Venient dies quando desiderabis uidere
unum diem filij hominis, & non uidebitis? Sed & nobiscum est, &
non est nobiscum. Quia quos reliquit, & à quibus discessit humani-
tate sua, nō reliquit nec deseruit diuinitate sua. Performam enim ser-
ui quam abstulit à nobis in cœlum, absens est nobis: performam dei
quæ non recedit à nobis in terris, præsens est nobis: tamen & præsens
& absens, ipse unus idemq; est nobis.

Idem libro. Certum est dominum nostrum Iesum Christum se- Due nativit
cundum catholicam fidem & præconia scripturarum duas habere tates & na
nativitates: unam de patre sine tempore, alteram de matre sine semi- turæ Chri
ne: & harum duarum nativitatium utraq; gerens naturam, dei scili sti.
ce, qua de patre natus est: & matris, qua de matre progenitus est, u-
nus idemq; deus & homo est Christus. Gemina enim nativitas, ge-
minam uno Christo dedit naturam, dum qui deus est de patre, idem
& homo est de matre. Has itaq; naturas quas ex utroq; habet paren-
te, Apostolus duas nominat formas, dicens de ipso, Qui cum in for-
ma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se & quallem deo, sed se-
metipsum exinanivit formam serui accipiēs. De quibus formis siue
quam ex deo patre habet, siue quam ex homine matre accepit, pro-
phetali uaticinio clarius cōstat expressum, Isaia de seruili forma eius,

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

quæ passionis uilitate quodammodo indecora apparet, ita loquente, Inglorius erit inter uiros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. Et iterum, Vidimus, inquit, eum, & non erat in eo species neq; decor, sed forma eius despecta & deficiens super filios hominū. Et hæc quidem de seruili forma, in qua uniuersas passionis iniurias perulit, Isaías loquutus est. De diuinitatis autē forma, quæ decorum suum per sui impassibilitatem retinens, licet passionis pulsata iniuriajs, sc̄dari non potuit, David euidentius cecinit, dicens, Speciosus forma p̄r filijs hominum. Cernis in una Christi persona, utriusq; forma, id est, utriusq; mysterium contineri, forma serui indecora & despecta, forma dei speciosa in eo & pulcherrima p̄dicitur. Hęc alius quomodo liber accipiat interim, propheticō atq; apostolico p̄econio docuimus Christum duas formas habere. Nunc doceamus in ambabus unam eandemq; esse personā. Dicit Apostolus, Et ego quod do naui in persona Christi. Claruit ergo Christum ex duabus manentibus naturis, in unione persistere personæ.

Mysterium Christi electi Rursus lib. 5. illud Pauli tractans, Mediator nō est unius, sed unus unus est, post multa tandem quæ perit in scripturis, Quia transgressiones, ganeissime ne, inquit, mandati inimici dei exitieramus, & in contrarium animis explicatū. discordantibus uergebamus, à supernis declinatēs, & ad imam tendentes, necesse fuerat interuentu miserationis diuinæ solutis inimiciis, contraria in unum reuocari, & supernis imam restitui, quod non alieni fieri potuit, nisi talis mediator existeret, qui de cœlestibus ueniens, conuiretur terrenis, retinens in se id quod non erat, unus fieret in utroq; & ita per utriusq; naturę coniunctionem in una eademq; persona, & humana diuinis & diuina sociaret humanis, prius utrumq; sine utriusq; abolitione ueniens in seipso, deinde omnes fideles parti reconcilians deo. Et quia reconciliationis sacramētum immaculatum flagitabat sacrificium, talis hostia requirenda fuerat, quæ iu media esset inter deum & homines, ut & morti succumberet per illud quod hominis habebat, & mortem reuinceret per id quod in se diuinitatis tenebar. Vnus est ergo ante incarnationem uerbi deus, & qui in humanitate mansit in qua erat & erit. Non discernendo igitur unū dominum Christū in hominem seorsim, & seorsim in deum, sed unum eundemq; Iesum Christum esse dicimus, non ignorantes differencias naturarum, sed eas inconfuse inter se se feruantes.

Plura huius generis clara & euidentia ex hoc doctore sancto testimonio ascribere possem, nisi hæc pijs & minime contentiosis facere crederem. Intelligunt enim lectores & qui quæcunq; in ecclesia traduntur de inconsuis naturis Christi in una indissociabili persona,

sona, ex scripturis perita, atq; ipsi ipsi esse munira. Ac Vigilium ideo adduxi, quod hic scripturis explicatum ostendit, quod Cochleus dicta patribus potius q; ex scripturis, ecclesias esse traditum. Si uero per texerit contentiosum intendere funem propter uoces Natura, Proprietas, Persona, non scriptas totidem literis & syllabis, non contentam, nec ulla, sicut & c. cap. artigi, stolidum & pugna uerborum insaniens hominem, responsione dignabor. Imo illud Apostoli mandat sanctorum sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, is inflatus est, nihil sciens, sed ægrotans circa quæstiones & uerborum pugnas, &c. Seiungere ab his qui eiusmodi sunt.

Christum Iesum duas habere uoluntates & animam rationalem, manifestissime scripturis doceri.

Cap. X I.

 Otro Christum habere duas uoluntates in una persona, *Duae uoluntates* adeo expresse canonis explicatum est scripturis, ut nesciatis Christus minem putem non damnare insaniam Cochlei, qui hoc scripsit, negare fuerit ausus. Quid enim clarius, q; quod in euangelio secundum Lucam dicit dominus? *Pater, si uis, transfer polum* hoc à me: ueruntamen non mea uoluntas fiat, sed tua. His enim uerbis duas uoluntates ostendit, unam quidem humanam, quæ est carnis, altera uero diuinam. Et humana quidem propter infirmitatem carnis recusat passionem, diuina autem eius prompta est. Et secundum quod filius est dei, una est uoluntas patris & filii propter essentię unitatem. Præterea quid opus est pluribus astruere ex scriptura duas esse in Christo uoluntates naturales, cum naturam uoluntas sequitur, modicis ostenderimus ex diuinis scripturis, Christum duas habere naturas inconfusas? Neq; uero & patres sancti in synodo Constantiopolitana VI. Monothelitas damnarunt ex proprijs, quod dici sollet, capitibus, sed ex scripturis diuinis. Id quod Acta abunde testatur. Quod amplius negat Cochleus ullis explicari literis sacris quod Christus præter diuinum spiritum rationalem quoq; animam habeat: quod tamen patres contra Apollinarem Laodicensem decreuerint, eiusdem est faringe cum superioribus. Venit mihi in mentem cum ista sapientia te esse arbitror. Nam sic sunt unoculi. Agè enim decreuerint ut dicis, Christum præter diuinum spiritum rationalem quoq; animam Christus habere, constat tamen id consulto, religiose, necessarie & prudenter habet animam rationalem, & ex scripturis quidem decretum. Scriptura enim manifeste dominu nostro Iesu Christo animam tribuit humanam. Quid nalen-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

enim significantius est, q̄ quod ipse dominus dicit? Filius hominis non uenit ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, utq̄ daret animam suam redemptions pro multis. Et quod Matthæus de ipso scribit, Cœpit affici dolore & mortitudo. Et ait Iesus, Tristis est anima mea usq; ad mortem. Rufus dicit apud Ioannem dominus, Nemo tollit eam à mē, sed ego ponam eam à meipso. Et iterum, Nunc anima mea turbata est. Innumera huius generis testimonia sunt in scripturis. Quid quod hæ Christū aperte nuncupant hominem? At sine anima nihil sumus, ne homines quidem, sed cadaueris nomen?

Christū habere mente-

rem.

Rogat aduersarius, scio, quæ scriptura diserte exprimat Christum habere animā rationalem adeoq; mentem? Respondeo Cochleum mente carere, si id nondum uidet ac intelligit. Scriptura enim diserte prohibet Christum animam habere humanā, quomodo autem anima humana fuit, si mente uel ratione caruit? An non dixit Apostolus ipsum per omnia fratribus similem esse factum, excepto peccato? An non dixit idem ille ad Philippenses. Formam serui sumpsit in similitudine hominū constitutus, & figura repertus ut homo. Ac quid obsecro dominus ut saluaret uenit? Hominem certè totum. Totus enim anima & corpore perierat: igitur omnia quæ in homine sunt perfecte accepit. Nam apud Lucam ipse dixit, Filius hominis nō uenit ad perdendum animas hominum, sed ad seruandum. Si uero metu tem non habuit anima Christi, quomodo proficiebat dominus, quomodo idem intelligebatur? Lucæ enim 2. cap. ita legis, Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud deum & apud homines. Alibi scriptura domino tribuit intelligentiam. Oportet autem intelligentiam ad perfectam referri naturam humanam. Neq; potest est quicquid intelligere qui mente caret. Neq; in deitate illud impletur. Non enim indiget intelligētiæ, quæ ipsa per se intelligentia existit: neq; opus habet sapientia, quæ per se est æterna sapientia. Vnde uero ei riebat, dic mihi. Siquidem enim caro solum erat, quomodo poterat famis meminisse? Et si ex anima & corpore solum erat, anima nō habebente mentem rationalem, partem & rationē humanæ naturæ, quomodo poterat esurire, aut de fame cogitare? Vnde uero tristitia affectus est, dic mihi, anima non habente mentem ac ratiocinationem? Nam anima rationis exorte, aut carne animæ exorte existente, neq; in mortorem incidisset, neq; in tristitiam. Dic obsecro, an non concupiuit cum dixit, Desiderio desiderauit hoc pascha manducare uobiscum? Desiderium uero ex deitate non contigit neq; ex sola carne, neq; ex anima mentis exorte, sed ex perfecta humanitate corporis & mentis.

mētis. Huc accedit quod Apostolus aperte dicit, Non habemus poni-
tificem qui non possit affici sensu infirmatum nostrarum, sed tenta-
tum per omnia iuxta similitudinem. Quid uero hoc testimonio pro-
rationali & uere humana anima Christi perspicacius & efficacius?
Addit tamen religiosissime, Absq; peccato. Ut enim dominus in caro Nil pollue-
re sua immaculata nihil sensit pollutionis, ita anima, ratio ac mens rationis in aet-
erni nrau caruit. Non cogitabat in mente sua quae dedecepit eius nra Christi
puritatem & diuinitatem, sed & honesta erant eius fames, tristitia, ui fl̄.
serumq; commotio. Verum de his operosius & prolixius forte disse-
to quam necessitas postulet. Ex ijs tamen quae protulimus ex scriptu-
tarum thesauro dittissimo, patere arbitror articulum de uoluntate &
mente Christi, quem nobis obiecit Cochleus, nulla explicitum scri-
ptura, manifestissimis scripturarum testimentijs & proditum & con-
firmatum. Vnde iterū infero omnia quae uerae fidei aut pietatis sunt,
abunde satis comprehendi canonice scripturis. Sua uero probabit
Cochleus, ubi per harma fulgurari.

*Spiritum sanctum procedere ab utroq; patre inquam & filio, mani-
festissime in scripturis doceri. Cap. XI.*



Ostremo inter alia et post uarias questiones, quas necit, rogar, quibusnam sit comprehēsum scripturis, Spiritum sanctū procedere ab utroq; à patre inquam & filio? Audit ergo S. Augustinum non aliunde hoc q; ex scriptu-
ris demonstrantem. Tractatu enim in Ioannem 99. Quærat forsitan quis, Vtrum et à filio procedat spiritus sanctus? Filius enim solius patris est filius, & pater solius filii est pater, spiritus autē sanctus non est unius eorum spiritus, sed amborum. Habes ipsum dominum dicentem, Non enim uos esitis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Habes & Apostolum, Misit deus, inquit, spiritum filij sui in corda uestra. Nunquid duo sunt? alius patris, alius fi- lij? Absit. Vnum enim corpus, ait, cum significaret ecclesiam, moxq; addit, Et unus spiritus. Et uide quomodo illic implete trinitatem, Si cut vocati estis, inquit, in una spe uocacionis uestra, Vnus dominus. Hic uies Christū intelligi uoluit. Restat ut etiam patrem nominet. Sequitur ergo, Vna fides, unū baptisma, unus deus & pater omniū, qui super omnes & per omnia & in omnibus nobis. Cum ergo si- cut unus pater & unus dominus, id est filius, ita sit & unus spiritus, profecto amborum est: sicut ipse Christus Iesus dixit, Spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Et dicit Apostolus, Misit deus spiritum filij sui in corda uestra. Habes & alio loco eundem Apostolū dicen- tem, Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

uobis. Hic utiq spiritū patris intelligi uoluit. De quo tamen alio loā
co dicit, Quisquis autem spiritum Christi non habet, hic non est
eius. Et multa alia sunt testimonia, quibus hoc euidenter ostendit
ur & patris & filij ipsum esse spiritum, qui in trinitate dicitur spi-
ritus sanctus. Cur ergo non credamus quod etiam de filio proce-
dat spiritus sanctus, cum filij quoq ipse sit spiritus? Si enim nō ab eo
procederet, non post resurrectionem se repræsentans discipulis suis
insufflans diceret, Accipite spiritum sanctum. Quid enim aliud signi-
ficiat illa insufflatio, nisi quod procedat spiritus sanctus & de ipsis?
Ad hoc pertinet etiam illud quod de muliere quæ fluxum sanguinis
patiebatur, ait, Terigit me aliquis. Ego enim sensi de me uirtutem
exiisse. Nam uirtutis nomine appellari etiam spiritum sanctum &
eo loco clarum est ubi angelus dicenti Mariæ, Quomodo fieri studi
quoniam uirum non cognosco, respondit, Spiritus sanctus superue-
nit in te, & uirtus altissimi obūbrabit tibi. Et ipse dominus promis-
tens eum discipulis, ait, Accipietis uirtutem spiritus sancti superue-
nientem in uos, & eritis mihi testes. De hac uirtute credendus est di-
cere euangelista, Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et reliqua.
Porro idem argumentum tractat idem hic author ex scripturarū fon-
tibus lib. 3. contra Maximum Arianorum episcopum cap. 14. &c.

Demonstrauit his, opinor, satis euidenter Cochleo eos articulos in
scripturis diserte & manifeste comprehensos esse, quos ipse negauit
in scripturis expresse comprehēdi. Proinde euici palam quod defen-
dendum ac demonstrandum sumpsi, scripturis canonicas abunde sa-
tis comprehendī quæ ad ueram pietatem pertinere uidentur.

Summam doctrinæ apostolice literis abunde esse comprehensam.

Caput XIII.

 Is ad hunc modum expositis, pergitus alacriter ad
reliqua Cochleii sophismata confutanda. Exclamat ille,
Quis uero credit scripta omnia quæ duo præcipui apo-
stoli Petrus & Paulus annis ab ascensione dñi XXXVI.
Iudæis & gentibus per tot prouincias tradiderunt? Nunquid unum
dunitaxat sermonem uiua uoce habuit Petrus ad tot gentes & popu-
los quibus Christum prædicauit? Neq; de Paulo id recte dixeris, qui
ab Hierusalem per circuitum usq; ad Illyricum repleuit euangelium
Christi, non ab ipso scriptum, sed uiua uoce traditum: sicut ait ad Co-
rinthios, Cætera cum uenero disponam. Quis uero unquam credi-
dit Cochleum tam acrem, sua opinione, defensorem humanarum
imponere potuisse? Prædicarunt uiua uoce Petrus & Paulus Chri-
stum.

num, & hunc crucifixum, atq; in hoc uno salutis pietatisq; & uitæ *Certum* omnia. Ac nisi certū succinctumq; fuisset doctrinæ genus quod pau succinctum cōfissimis potuisset comprehendendi, quomodo obsecro uerisimile uidea^r doctrinæ tur intra annos opido paucos, & per præcones paucissimos, deniq; genus quod per omnia terrarum regna, euangelicam prædicationem propagari ecclæsa tra potuisse? S. Paulus egressus Damasco, totam peragrauit Arabiam, in dederūt de rediit Hierosolymā, qua protinus relicta, deductus est Cæsaream, positiō. inde dimissus est Tarsum. Ea est metropolis Ciliciæ, patria Pauli. A Tarso per Barnabam reductus est Antiochiam, inde denuo Hierosolymam profectus est, ut exhiberet pecuniam collectā in pauperum subsidium, quo peracto reuersus est Antiochiam. Vbi donatus nomine apostolico profectus est Seleuciam. E Seleucia soluit in Cyprus. A Cypro nauigans Pergem, appulit in Pamphilia. Inde profectus est in Pisidiam, deinde Lycaoniam. Venit & in Ciliciam, deinceps in Syriam, Phrygiā, Galatiam & Mysiam. Rursus ab Asia per uarias Aegei maris insulas in Europam trāfiens, Atticam, Beotiam, Achaiam, Thesalonicam, Epirum, Apolloniā, Macedoniā, Illyricos usq; permeauit: postremo rediens etiam Asiā & Ephesum euangelij prædicatione illustrauit. Ethac omnia perfecit priusquam caperetur Hierosolymis coniectusq; in uincula, biennio exacto Romanam perducereur. Aiunt autem Claudi anno 23. coniectum in uincula, Tiberij Cæsarīs cōuersum esse ad fidem Christi, iuxta quam suppurationē intercurrunt anni plus minus 22. Certè intra pauculos hoſce annos neutiquam potuisset tot gentes & tam uasta regna plene in fide Christiana instituere, niſi uerbo uetus fuisset abbreviato: qd tametsi copiosius uoce uiua ecclesijs dei exposuit, totam tamen prædicationis summam, ac quod doctrinæ attinet substantiam & ipsa salutis capita, editis epistolis sufficienter comprehendit.

Ad Romanos dicit, Græcis simul & Barbaris omnibus deniq; de Pauli do- bitor sum, ita quantum in me est paratus sum uobis quoq; qui Ro- etrina suffi- me estis euangelium prædicare. Simul autem prædicationem euani ciēter com- gelij auſpicans, per eam epistolam, scripto uelut in compendium re- prehēsa est colligit, quod uiua uoce fusius solebat explicare. Vnde semper habi- scripuitur. ta est epistola Pauli ad Romanos pro compendio euangeliū à Paulo prædicati. In epistola ad Ephesiōs palam & aperte uerbis confiterit se cognitionem in mysterio Christi, id est, quid in uniuersum de mysterio Christi reuelatum sentiat, comprehendēsse. Verba eius si quis requirat, haec sunt, Audistis dispensationem gratiæ dei, quæ data est mihi in uos, quod secundum reuelationem nouum milii fecit mysterium quemadmodum scripsi paucis, ex quibus potestis legentes intelligere

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

cognitionem meam in mysterio Christi, quod in alijs æratibus non innoruit filijs hominum, quemadmodum nunc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis per spiritum, ut sint gentes coheredes & eiusdem corporis cōsortes & promissionis eius in Christo per euangelium, cuius factus sum minister secundum donū gratiae dei, quod datum est mihi secundum efficaciam potentiae illius. His quid obserero poterat pro nostro proposito aliud planius, perspicacius evidenteriusq; dicitur. Potestis, inquit, legentes hæc quæ paucis ad Ephesios scripti intelligere cognitionem meam in mysterio Christi. Comprehendit ergo uel unica illa epistola euangelij cognitionem & fidem Christianam, quam habuit Paulus apostolus. Quod si huic iungamus reliquas eius XIII. habebimus profecto plenissimam Pauli doctrinam, non uia modo uoce traditam, sed & in literas relatam. Quid quod Lucas in Actis apostolicis aliquot orationes sive sermones a postoli Pauli consignat, sed usq; adeo sibi similes omnes, ut nihil dubitare possimus, non dispares futuras, si ad unum conscriptæ essent omnes. Et in his quoq; aliud non agit, q; quod copiose satis exornat persequitur in epistolis. Quomodo itaq; non omnia Paulinæ doctrinæ scripturis comprehensa habemus?

Petri doctrina satis dæorum epistolarum extant, breues quidem illæ, sed quæ summam præsufficienter dictionis euangelij & fidei Christianæ comprehendant. Evidemt cōprehensa in fine cap. I. Hoc autem est uerbū, inquit, quod per euangelium deest in scripturis. latum est ad nos, ceu epilogus & clausula appensa, testificans uel habet etenus se summam prædicationis euangelicæ contextuisse. In epistola secunda testatur se docuisse ecclesiam ea quæ uidit & audiuit à domino, quæ deniq; prophetæ tradiderūt priores. Quis uero nesciat et quæ uiderunt & audierunt apostoli, euangelistarum narratione historica plenissime esse comprehensa? Quis deniq; ignoret scripturas propheticas & absolutas, & absolute perfectas ecclesiæ dei esse traditiones? Habemus ergo & prædicationem sive doctrinam S. Petri copiofissime quidem uia uoce enarratam ecclesiæ, per compendium uero & quantu summam pietatis attinet, abunde suffcienter nobis esse conscriptam. Fateor istum non unum duntaxat habuisse sermonem per annos ministerij sui XX X V I. sed addo eos quos apud uarias gentes habuit, omnes eiusdem fuisse generis, nec dispares scriptis. Extant in Actis apostolicis orationes, prædications sive sermones Petri aliquot: uerum si pauculos hos inter se conferas, dices omnes per eum unius atq; eiusdem esse argumenti & generis. In singulis Christi inculcat, & in hoc salutis uitæ & perfectionis omnia. Mox ad fidem, charitatem,

charitatem uitę hortatur innocentiam. Hoc agit in die Pentecostes coram tota plebe, Acto. 2. Rursus coram plebe in templo, Acto. 3. In senatu item coram doctis & potentibus, Acto. 4. & 5. Deniqꝫ apud Cornelium Centurionem Cæsariæ, Act. 10. & in synodo Hierosolymitana, Act. 15. cap.

Breuitate, quod de factis & dictis Christi domini in libro meo de authoritate scripturæ capite 14. dixi, id de apostolorum quoqꝫ Petri & Pauli doctrina & gestis dictū uolo. Dixi, Quanquam omnia per singula (obseruate mihi hoc per singula) non sint scripta, ea tamen scripta sunt, quæ ad pieratem & salutem consequendam necessaria sunt. Atqꝫ hoc est caput illud primariū, quod in hac cauſa uolumus probatum. Et reliqua. Ad eundem modum dico omnia quæ uitæ & pietatis sunt, literis commendasse Christi domini apostolos. Nec est quod copiosiorem super hac re responsionem expectet à nobis Cochleus, cum quæ prius dedimus, solutioni satis esse potuerint, ueritatem simplici animo indaganti. Metuo tamen ne Cochleus ulla ueritatem quærēdi studio teneatur, qui tam claræ & simplici responsioni olim daræ adeo non acquieuit, ut eam prius auditam, quasi nihil audierit, contemnere, addere & cauillari pergaſt.

De præcepto domini, iubentis uerbo suo nihil addere, nihil aduincere.

Caput X 111.

 Orr̄ locos scripturæ, quos pro mea assertione adduxi, pro more suo obscurat Cochleus, non dissoluit. Ego sic colligo, Ea lex et doctrina perfecte absoluta est, cui nihil uel addi potest uel adimi. Legi autē dei & canonicae doctrinæ nihil potest uel addi uel adimi; unde perfecte absoluta est. His manet lex euangelica! Quomodo dicit Apostolus? Reprobatio qui dem sit precedentis mandati, propter infirmitatē & inutilitatem, &c. Ad ea respōdeo, Nec prophetas nec apostolos, adeoqꝫ ne ipsum quidem dominum Iesum Mosi quicquam adiecisse alieni, aut ademisse quicquam perfectę aut perpetuę dei uoluntati, cuius sanè lex ipsa est expressio uel comprehensio. Nam prophetæ fuerunt ueluti interpretes diuinar legis, omnia sua referentes ad legem Mosis. Testantur id historiæ Iudicum & Regum Israëlis, prophetarum deniqꝫ omnium libri. Ac dominus Iesus manifestissime testatur se uenisse ad cōplen dam legem & prophetas. Imō de fide Christiana disputans apud Iudeos in Ioanne, & apud discipulos in Luca, ex Mose producit testimonia, doctrinam uidelicet suam cōfirmans ex lege. Sed & Paulus Christianæ fidei prego celeberrimus, & gratię dei testis amplissimus,

hh

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

palam profiteretur se nihil docere extra ea quae docuit Moses, & tradididerunt prophetæ. Nam coram rege Agri, pa pro se dicens, Iudei, inquit, me comprehensum in templo tentauerunt interfiscere: auxiliu autem nactus dei usq; in hodiernum diem isto, testificans nūm paruo tum magno, nil dicens aliud (eōl p̄ k̄n̄r̄ n̄z̄w̄) quam ea quae prop̄ phetae prædixerant futura esse & Moses, an passurus fuerit Christus, an primus ex resurrectione mortuorum lumen annūciaturus sit post pulo & gentibus. Ac Ceremonialia mox ab initio non ut perpetua sed temporaria ad aduentū inquam Christi usq;, qui legis perfectio est, diuinitus instituta sunt. Id quod Paulus in 7. cap. epistolæ ad Hebreos significare vouluit. Nil ergo legi dei uel adiectum uel ademptum est à Christo, prophetis & apostolis, manetque uerbum dei integrum, & perpetuò perfecte absolutum, qui nostræ disputationis locus est.

Quod sub finem adiicit aduersarius, Ego uerbum Mosi de nō addendo aut minuendo intelligo, ut nihil addi aut adimi debeat, per quod genuinus literæ sensus corrūpatur aut minuatur: maxime contra ipsum pugnat, qui multa defendit cōtra genuinum scripture sum instituta & recepta, reuera adiecta dei uerbo. Possem hoc, si ne cessē foret, multis euincere exemplis: uerum in presenti satis evidenter accusat & redarguit te tuosq; complices impius ille idolorum in templis uestris usus, cōtra aperiſſimum dei uerbum, non dicam iam contra ueteris ecclesiæ riuum & consuetudinem à uobis receptris & usurpatuſ iam aliquot ſaculis.

Abrogationem Sabbati, & mandatum de non edendo suffocato & sanguine, nihil derogare absolute scripturarum perfectioni. Cap. X V.

 Roducit præterea Cochleus contra absolutam scripturæ perfectionē, quod multa cum Papistis abrogemur quæ in scripturis exprimantur præcipianturq; exp̄lē, ueluti sabbatum: multa item faciam quæ aperiſſis scripturis fint prohibita, ueluti quod carne uescar suilla, nec abstineā à suffocato & sanguine: quibus addit, Qua rogo authoritatem & ratione facis, si ecclesiæ traditionē authoritatemq; despicias? Vnde scire quæas quid in scripturis ueteris testamenti seruandum, quid abrogandū sit Christianis, si te non doceat mater ecclesia, & sanctorum patrum traditio? Quid iactitas, Verbum domini manet in æternum? Quasi uero non ipsæ scripturæ abunde doceant omnes ceremonias non nisi ad tempus usq; reuelati euangelij uigere debere, quo uidelicet genites & Iudei per fidem Christi in uniu coalescant hominem, in unum corpus & unam ecclesiam, medio illo pariete Iudaicarum obseruantionum

Nomum sublato ē medio. Ego certē nunquam despexi ecclesiam, nec unquam despiciam, interim tamen nunquam quiduis quod ecclesia oblitus est nomine, recipiam. Et nisi ecclesia patresq; ecclesiastici doctrinā suā de Sabbatho ex scriptura mihi approbassem, doctrinam ipsorum neq; reciperem, neq; ecclesiam pro genuina matre ueraq; ecclesia agnoscere.

Quicunq; scripturis uere imbuti sunt, farentur genus in præcepto *Sabbati* re de sabbato, causamq; finalem & principale illud quod eo præcepto ligio. respicit deus, neq; abrogari posse unquam, neq; à quoquam ecclesia stico esse abrogatum, speciem duntaxat abrogari mutariue. Præcipuum autem illud in præcepto de Sabbatho, adeoq; immutabilis & perpetua dei uoluntas est, ut homines semper habeant cultum externum, & exercitium religionis uerae. De quo intelligendum est quod apostoli die dominico collectas celebrarunt, ministerium uerbi & sacramentorum exercuerunt. Ad quod opus est otio, quod & charitas, perpetua dei lex, exigit. De specie sabbatorum loquitur Apostolus cū ad Coloss. Nemo uos iudicet, inquit, in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut nouilunij, aut sabbatorū, quæ sunt umbra rerum futurarū, corpus autem Christi. De eadem non unus in euangelio locus intelligendus est. Cæterum dominicę diei manifeste meminerūt primarij apostoli Ioannes & Paulus. Ioannes in Apocalypsi cap. 1. & Paulus in 1. ad Corin. 15. cap. Certē Lucas in Actis meminit Christianos uno die sabbatorum conuenisse ad preces publicas, ad audiendum Paulum, & frangendum panem dominicum. Non ignorat, opinor, Cochleus, Vnam sabbatorum ponit in scripturis pro prima, id est die dominica. Claret ergo à temporibus apostolorum domini diei celebritatē esse obseruaram, & iccirco hodie quoq; secundum scripturas obseruari. Claret illud quoq; absoluta perfectione scripturarū adeo nihil decedere per obiectionem Cochlei, ut accesse, tit magis, imo & huius detecta sit & inscitia & malignitas.

De prohibito sanguine & suffocato, hoc respondeo. Fateor apóstolos ex sancti spiritu insti^{tū} ethnīcīs prohibuisse esum sanguinis & suffocati, sed addo eam legē ad tempus ac propter Iudeos qui dem, quibus apostoli per charitatem hactenus parci uoluerunt, esse lāram. Id quod dupli^c testimonio sic ostendo. Principio S. Iacobus. siccō dicit, Censeo non esse obturbandū eis qui ex gentibus conuertuntur ad deum, sed scribendum ad eos ut abstineant se ab inquinatis simulachrorum, & scortatione, & suffocato, & sanguine. Mo^sses enim ab æratibus antiquis in singulis ciuitatibus habet q; ipsum prædicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur. Deinde S.

*Suffocatio
sanguinis*

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

Paulus aliquor post illam synodum annis scribens Corinthijs dicit, Omne quod in macello uenditur, edite, nihil interrogantes proper conscientiam. Domini siquidem est terra & plenitudo eius. Proinde uescor suilla carne, sanguine & suffocato, quod præceptum apostolicum ad tempus datum in scripturis explicatum adeoq; relaxatum est. Quod & illud pertinet quod in euāgelio legimus, Quicquid ingreditur in os, non impurat hominem, sed quod egreditur ex ore, hoc impurū reddit hominem. Item illud Apostoli, Omnia pura puris, pollutis autem & infidelibus nihil est purum, sed polluta est illorum mens & cōscientia. Cernit Cochleus, opinor, scripturas & hāc item pulchre dirimere, ac omnia quā uerā pietatis sunt sufficienter docere. Interea non video quare hāc prophetæ sententia uere aurea, Veritas domini manet in æternū, usq; adeo auribus Cochlei doleant, nisi quod à scripturarum ueritate auersæ, fabulis & præceptis hominum sese dediderunt.

Quæ extēnum dei cultū instruunt, abunde satis in scripturis comprehendunt. Caput X V I.



Am uero disputationē meam de extēno dei cultū abunde satis in scripturis comprelienso, post adductas scripturas & rationes peccatis è scripturis concludens dico, Ex illicis omnibus constare puto uel extēnam religionem facilius perpicue & abundantanter canonica traditam esse scripture, in qua compendio breui continetur, ut nullis copiosis & infinitis ad illam absoluendam traditionibus humanis opus habeamus. Quibus nec oppugnatis nec subuersis hāc opponit aduersarius, Quæ in extēno cultu obseruamus, nequaquam scripta sunt omnia in sacris literis. Et mox, Bene sciuerunt apostoli nimis longum fore, si omnia scriberentur, propterea iusserunt nos audire ecclesiam & præpositos nostros. Si quis ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus. Et Paulus, Obedite præpositis uestris, & subiacete eis. Atqui illa ex se singit Cochleus ueluti araneus. Loca enim hāc scripturæ suo

Si ecclesia instituto non quadrant Dominus enim apud Matthæum in 18, cap. non loquitur de ecclesia quæ ex se singit leges & ritus, sed de ea quæ rit, sit tibi ethnicus & publicanus. Neq; eo loci ullus sermo sit de insti- tuendo extēno dei cultu per ecclesiam, sed de admonitione frater- na, de correptione seueriore, & multa siue pœna infligenda perfran- naciter in scelere aliquo obstinatis. Sic enim dicit dominus, Si pecca- rit in te frater tuus, uade & argue eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Sin uero te non audierit, adhibe te cum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum aut trium testimoniū con- sistat

sistat omne uerbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiae. Quod si ecclesia non audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus. Quid haec quæso faciunt ad institutum Cochleis? Non enim dicit, Si ecclesiam extra dei uerbum culum dei externum condentem non audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus. De correptione sceleratorum, sicut modo dixi, loquitur.

Iubet sanè Paulus obedire subiacereq; præpositis, uerum de præ- Obediendū
positis uerbum domini & sequentiibus & ecclesiae suæ fidei cōmisiā præpositis
tradientibus loquitur. Petrus enim apostolus, Si quis loquitur, inquit, quomodo?
loquatur ut eloquia dei. Et Paulus ad Timotheum scribēs, Obtestor,
inquit, ego coram deo & domino Iesu Christo, qui iudicaturus est uī
uos & mortuos in apparitione sua & in regno suo. Prædica sermo-
nem, insta tempestiue, intempestiue, &c. 2. Timoth. 4. Proinde si ad-
uersarius prælatos mihi obiciat, qui ex sua officina proferant nuper
tusos articulos, ritus, constitutiones, negabo qui tales sunt esse præ-
positos ecclesiae. Non debent illi sibi plus sumere arrogareq; quam
habuerit Israels præpositus Iosue, cui dictum legimus cœlitus, Vide
ut custodias & agas secundum uniuersam legem quam præcepit Mo-
ses seruus meus. Ne recedas ab ea neq; ad dextram neq; ad sinistram,
ut prudenter agas in omnibus in quibus incedis. Non recedet liber
legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo die & nocte, &c. Quod
mirum & illud perrinet Ieremiæ, Sic dicit dominus exercitum,
Ne audieritis uerba prophetarum qui uobis prophetant, uanos red-
dunt uos: uisionem cordis sui loquuntur, non ex ore domini. Item
illud, Prophetia apud quem est somniū, somnium narrat: & is apud
quem est uerbum meum, loquatur uerbum meum vere. Quid enim
paleæ cum tritico? ait dominus. An non uerbum meum quasi signis,
dicit dominus, & sicut malleus conterens petrā? Cerrissima ueri pro-
phetæ dei nota est afferre uerbum domini. Nam & Isaías, Ad legem,
inquit, & ad testimonium: quod si non dixerint iuxta uerbum hoc,
non erit eis matutina lux. Proinde qui uerbū dei deferunt, cæci sunt.
Non trahes autem in participationem cæcorum, de quibus in euangeliō
dixit dominus, Si cæcus cæcum duxerit, ambo concidunt in fo-
neam, Lucæ 6.

Quid uero illa Apostoli uerba, An ecclesiam dei cōtemnitis? 1. Co- An ecclesiā
rinh. 11. pro te (disputante de non scripto, sed tradito per homines, dei conte-
qui se fuso exornant ecclesiae, cultu dei extero) faciūt Paulus enim nūnitis?
loquitur de pauperibus, quos diuites Corintiū luxu suo nimio, in
epulo sacro, contemnere uidebantur. Addit enim, Et pudefacitis eos
qui nihil habent. An non habetis domos ad edendum & bibendum?

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

Cæterum quadrant uobis omnia, qui per crines, quod dici solet, scri-
pturas sursum & deorsum pro uestra trahitis libidine.

De Traditionibus patrum & apostolorum uiuas & non scriptis.

Caput XVII.



Ostremo autem ad ueterem configuit Cochleus sophi-
sticam, in qua tamen collocat præsidium maximum &
erutissimum, adeo ut omnia nostra scripturarum testimo-
nia nihil plus timeat q̄ testudo muscas, culicem elephan-
tum.

Viua apote-
tus. Duabus enim nixus in portu ancoris sibi sedere uidetur. Venus
stolorū tra-
ditio non
scripta. Ostremo autem sophistica est. Traditiones apostolorum uiuas non scriptas ia-
ctare. De quibus Cochleus, Viua, ait, apostolorum traditio non mi-
nus à spiritu sancto est, q̄ eorū scripture quam post se nobis relique-
runt. Itaq̄ persæpe obiecimus uobis illud Apostoli, State fratres, &
tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem, siue per episo-
lam nostram. Quid ad hoc respondistis? Si ergo recte pro uerbo dei
habentur traditiones patrum, quæ legem Moli precesserunt, ut dicas,
cur non habeantur pari ratione pro uerbo dei. Traditiones apostolo-
rum, quæ uel præcesserunt euangelium scriptum, uel in euangelio
scriptio non sunt expressæ? Certe multa tradiderunt primis Christia-
nis apostoli, antequam ullum scriptum esset euangelium. Quando-
nisi, antequam suum scriptis euangelium Ioannes. Hæc omnia Co-
chlei sunt.

Lex dei pa-
triarcharū
in sculptis
cordibus. Cæterum de Viuis antiquorum patrum nedum sanctorum apo-
stolorum traditionibus sic habeat Lector pius. Legem deus cōduo-
cēti & terræ, suam inquam uoluntatem & institutionem omnem u-
tilitatem & pietatis, quicquid uidelicer interni & externi cultus est, inscul-
psit pectoribus primorum parentum ac sanctorum patriarcharum,
quos inspiratione arcana & uoce uiua familiaribus q̄y instituit collo-
quijs: qui rursus eam institutionem, sicuti à deo acceperant, posteris
suis eeu per manus pro ipsissimo uerbo dei tradiderūt. Id quod liber
Mosis primus manifeste testatur. Ac duravit hic traditio modus sa-
culis planè multis, ad ætatem usq; Mosis, sub quo traditio cœpit re-
ferri in literas. Vbi enim uisum est domino geniem olim in Abraham
in literas re-
latu. mo delectam sibi segregare ex gentibus, & multiplicibus ditare &
ornare donis, inter alia beneficia, id non postremum minimi q̄y mo-
menti contrulit, quod potissima religionis capita contraxit in cōpen-
dium, eaq; magna cum maiestate ē monte Sina, coram uniuersa Israe-
lis ecclesia, promulgans recitauit, hinc & in tabulas lapideas, quo
essent durabiliora, digito proprio inscripsit, Mosiq; demum tradidit
ferenda.

ferenda ad populum. Eundem Mosen in fidem recepit dominus, familiarius ei apparuit, et in pietate instituit plene, spiritu suo imbuens, ac ei praeципiens, ut totum pietatis negotium a patribus traditum posteris, & nunc quoq; ccelitus ipsi Moysi singulari modo reuelatum, litteris comprehenderet. Obediit domino seruus fidelis, totamq; theologiam sacram, & ipsam ab exordio mundi ad sua usq; tempora historiam, uti acceperat a deo & ex patrum traditione, ac multiplici rerum experientia, quinq; libris fideliter complexus est. Habet Pater, originem atq; progressum, habes & scripturarum initia, iam accipe & progressum. Mosen sequuntur sunt sacerdotes & Progressus prophetæ, qui uiua uoce legem Mosi scriptam interpretantes, locis, veteris seriperfsonis atq; temporibus suis accommodarunt. Ex quibus nonnulli puræ. li ea quæ publice duocuerant ecclesiam, reuelanteq; deo ccelitus accepterant, literis quoq; mandantes transmiserunt ad posteros. Hinc enim habemus historiam sanctam Iosue, Iudicum, Regum Duceumq; Israel. Hinc habemus sacratissimos hymnos, Solomonis philosophiæ, ac prophetarum sermones, Isaïæ, Ioclis, Osee, Abacuk, Micheæ, Jeremiæ, Sophoniæ, & aliorū prophetarum. Persuasum autem fuit veteri Israelitarum ecclesiæ, omnem sanctorum patrum traditionem sanctam, literis comprehensam legis & prophetarum, perfecte absolutam contineri: donec factio pharisæica paulo ante ætatem Christi erumpens, nouas quasdam comminisceretur traditiones, quas maiorum appellauit: & quas grauissime oppugnauit unâ cum apostolo, dominus noster Iesus, ad solas respiciens scripturas, & omnes ad scripturarum studia impellens.

Iam uero ut in principio mundi patribus digito dens in corda regligionem inscripsit, uiuacq; sanctorum hominum traditione in ecclesia retinuit: sic ab initio reuelati euangelij dominus Iesus per spiritum suum mentem instruxit ecclesiæ, ac primum ipius, deinde apostoli & discipuli eius, uoce & traditione uiua foris tradebat euangelium, cui in cordibus testimonium precebat spiritus sanctus. Nihil scripsit ipse dominus, sed tamen omnibus dictis & factis suis testes, spectatores & auditores adhibuit apostolos. Hi principio quod uiderant & audierant apud ecclesiæ uiua uoce testabantur: quamquam interim & legis & prophetarum testimonijs scriptis, expositionem siue narrationem suam confirmarent. Mox cum ab ascensione domini subtreperent pseudoapostoli, aliter dicta & facta Christi adeoq; uniuersum uiuacq; euangelij negotium contexentes, quam ipsa ferra rei ueritas, spiritu gelij traditio sancto exciti prodierunt cum apostolis uiri apostolici, qui id quod uo in litteras per omnes apostolos hactenus uiua uoce tradidum fuerat ecclesiæ, ras relata.

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

scripto seu literis quoq; comprehendenderent. Non ex meipso hæc fin-
go, Lucam habeo testem, qui in Præfatione euangeli sui, Quoniam
complures, inquit, aggressi sunt ordine conscribere narrationem, de
certò compertis inter nos rebus, sicuti tradiderunt nobis hi, qui ab ini-
tio ipsius spectatores ac pars aliqua fuerunt dicendorum, uisum est
& mihi, persequendo ab initio omnia deinceps tibi scribere, optime
Theophile, ut cognoscas earum, de quibus edoctus es, rerum certiu-
dinem. En, lector sancte, tradiderunt apostoli uiua voce quæ uide-
rant, & quorum pars magna fuerant, tradiderunt autem ecclesiæ &
Lucæ discipulo Christi, Lucas autem, sicut & Marcus, eam traditio-
nem in literas retulit: scripta est iam itaq; traditio apostolorū, nec est
aliud quām scriptum sacrosanctum euangelium.

**Quid Pau-
lus de tradi-
tionib. scri-
perit.** Huc accedit quod apostolus quoq; gentium Paulus de fide dispu-
tans Christiana & primis eius capitibus ad Corinthios dicit, Notu-
uobis facio fratres, euangelium quod annunciaui uobis, quod & ac-
cepistis, in quo & statis, per quod & salutem consequimini, quo pa-
cto annūciarim uobis, si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim
uobis in primis quod & acceperam, quod Christus mortuus fuerit
pro peccatis nostris, secundū scripturas, & quod sepultus sis, & quod
resurrexerit die tertio secundum scripturas, &c. Habes iterū quæ fue-
rit traditio apostolorum de euangelio, hæc nimurum quæ & in lege
& prophetis fundata, ac per euangelistas conscripta est, nempe quod
dominus Iesus pro nobis peccatoribus crucifixus, resurrexerit à mor-
tuis, &c. Habes traditionem apostolicam congruere cum scriptura
ueteri. Imo si quis roget quæ fuerit apostolorum traditio de Cœna
domini: nil aliud respondeo, quām quod apud Matthæum, Marcum
& Lucam de Cœna domini scriptum lego. Paulus enim in epistola
ad Corinthios, Ego, inquit, accepi à domino, quod & tradidi uobis,
quod dominus Iesus in ea nocte qua traditus est accepit panem, &
postquam gratias egisset, fregit. Et reliqua, quæ per omnia cōgruunt
cum ijs que leguntur in euangelistis. Ergo de euangelica & aposto-
lorum doctrina factum est, sicut modo reuili de Mose & prophetis.
Viua erat traditio temporibus Christi, & decem circiter ab ascensio-
ne domini annis. Inde uero cœpit uiua euangeli prædictio in lite-
ras referri, & eo modo commendari ecclesiæ: quod primo omnium
factum perlibent à Matthæo, cuius euangelium Barptolemaeus apo-
stolus Indis exposuerit. Sequuntur sunt nō ita multos post annos Mar-
cus atq; Lucas. Quibus accesserunt S. Petrus, Paulus, Iacobus, Iudas
atq; Ioannes idem apostolus euangelista discipulus domini & ma-
gnus theologus. Hi epistolis librisq; editis splendidum alioquin
gonum

gotium euangelij multo clarus illustrisue reddiderunt. Accesserunt
his Acta apostolica, non singula quidem & singulorum, sed certa po-
tissima & præcipuorum, in quibus summam haberemus purg & ple-
nae ueritatis apostolicae, quæ sufficeret ecclesia Christi.

Quod ergo Paulus Thessaloniken scribens, dixit, State fratres, & *Quomodo*
retinetene traditiones quas didicistis sive per sermonem, sive per epistola*Paulus ius-*
lam nostram, nihil pro uestris traditionibus papisticis faciens protu*serit retine-*
re traditio-
*las. Traditionis enim uocabulo comprehendit & sermones & epistola*nes.**
intelligit Cochleus traditiones non scriptas: ego uero doctrinā Pau*2. Theſſ. 2.*

li, doctrinam inquam de euangelio ex scripturis Mosis & prophetarum decerp̄ta, & ita contextam sicut summam expositionis in literas reuelare alij euangeliſtæ & apostoli, qui dextras Paulo dederunt so-
cias confessionis symbolum. Nam de sermonibus sive prædicatio-
ne sua loquens coram Agrippa, testificatur se nihil docere extra id,
quod Moses & prophetæ docuerint priores. Et ad Galatas, Notum,
inquit, facio uobis fratres euangelium quod prædicatū est à me, non
esse secundum hominem. Neq; enim ego ab homine accepi illud,
neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Nihil autem à seipso
dissider reuelatio Iesu Christi: at ex eadē scripserunt Matthæus, Mar-
cus, Lucas & Ioannes, unde necesse est Paulum eadem cum illis in
suis sermonibus ecclesiæ tradidisse uiua uoce, quæ isti literis compre-
hensa ecclesiæ reliquerunt: ut non sit necesse Cochleum nobis per ser-
mōnes interpretari uiuas non scriptas traditiones: quod nō est aliud
quam commentum uanissimum.

Circunferuntur, fateor, Canones quidam apostolorum, nomine *Canones*
Clementis editi, quibus tametsi Iustinianus Imperator, uir nec ma- *apostolorū.*
luis nec indoctus, permultum tribuat, & aliquot Romanorum ponti-
fices eos receperint, ipsi tamen in seipsis habent quo refutari possunt.
Nemo enim diligentius ipsos perlegens, perlegendosq; pensans, &
cum scriptis conferens uere apostolicis, facile dixerit hos quicquam
post fictitium titulum apostolici habere spiritus: ut non sine graui
causa Isidorus Hispalen. episcopus ipsos repudiasset uideatur. Reti-
nuit haud dubie in ueneratione Iustinianum longi temporis prescri-
ptio & apostolici nominis authoritas, & in primis eorum ars & sedu-
litas, qui bono imperatori illos obruserū pro prisca & apostolicis.
Faciunt & Acta apostolorum mentionem apostolicae traditionis *Patres ue-*
Acto. 15. uerum eadem manifeste perhibet illam ipsam in literas esse iusti de tra-
relaram: quod uidere licet in cap. 15. Meminerunt alicubi & uetus pa-
ditionibus
ges traditionum apostolicarum, sed repeteo hic denuo quod in libro apostolorū.

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

meo de autoritate scripturæ testatum reliqui, Certum esse apostolos domini alia non tradidisse uoce uiua ecclesijs, & alia literis commendasse; id est ueras apostolorū traditiones non pugnare cum scriptis apostolicis. Nam & Tertullianus, Confingant tale, inquit, aliquid hæretici: quid enim illis post blasphemiam illicitum est? Sed & si confinxerint, nihil promouebunt. Ipsa enim doctrina eorum cum apostolica comparata, ex diuersitate & contrarietate sua pronunciat, neq; apostoli alicuius authoris esse neq; apostolici. Quia sicut apostoli non diuersa inter se docuissent, ita & apostolici non contraria apostolis edidissent, nisi illi qui ab apostolis descierunt & altera prædicauerunt. Hæc ille. Et reuera Traditiones illæ nostræ apostoli co ornatae titulo (Siquidem Missam, Diuorum invocationem, Purgatorium, Vora monastica, Imaginum sive idolorum usum in templis, ac his similia intelligitis) pugnant manifeste cum scripturis apostolicis, neque ut ergo traditiones apostolorum uiuæ nominari, nisi per imposturam.

Breniter, Apostoli domini nostri Iesu Christi unicam fideire etenim uiuendi regulam faciunt Verbū dei scripturis comprehensum. Nam & Paulus, Fides, inquit, ex auditu est, auditus autem per uerbum dei. Et iterum, Omnis scriptura diuinitus inspirata & utilis est ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem quæ est in iustitia, ut integer sit dei homo, ad omne opus bonum apparatus. Sed & Solomon, Omnis, inquit, sermo dei purgatus est, scurum his qui eo nituntur. Ne addas sermonibus eius, ne te redarguat, & mendax inueniaris. Proinde qui sapient fideles, solum dei uerbum in omnibus sibi proponunt sequendum; ad quod examinant, si qui proficerunt canones aut traditiones apostolorum, aut aliorum patrum: quippe quod abunde satis comprehensum continet quicunque ad ueram pietatem pertinent.

De Ecclesiasticis traditionibus & humanis constitutionibus.

Caput XVIII.



Traditiones
ecclesiasticae
& non alie-
nae à scri-
pturis.

Orro tractatio Ecclesiasticarum traditionum, quam in libro meo per cap. 13. tractauit, cohæret cum uerbo dei sive scriptura sancta. Vi enim ecclesiam Christi à scripturis siue à uerbo dei non separo, ita neq; traditiones ecclesiasticas aliunde q̄ ex scripturis deriuo. Summā enim exprimunt agendorum, idq; planè, plene, diserte & significatèr, circumstantias singulas non item. Habet ergo ecclesia suos ministros, mentis diuinæ & scripturarum consultos, pastores, uoluntatis dei præcones & interpres, qui quoquis in loco, tempore quolibet, & erga quaslibet personas quicquid

Quicquid sentiendum agendum est siue priuatim siue publice, cum erga deum rum erga homines, praescribentes tradunt. In quibus ut per circumstantias conuenientes explicare, ita quod cum scripturis pugnat praescribere, mutare, addere, detrahere non conuenit. Evidem uiri ecclesiastici non possunt aliunde q̄ ex scripturis decerpere quod ecclesia suæ fidei commissæ tradunt. Alioqui enim ecclesia nec illos pro ueris pastoribus uiris q̄ ecclesiasticis agnosceret, neq; doctrinam eorum reciperet: cum scriptum sit, Oves pastoris uocem audiunt, alie norum non audiunt.

Cæterum non magnopere imperit illa mea de Traditionibus ecclesiasticis disputata aduersarius. Quod interim quefiunculas necit aliquot & pro more suo, ne nihil dicat prorsus, parum ad rem pertinencia ingerit, non arbitror responsione operosa excipiendum esse & tractandum fusius, cum & liber hic inter differendum iusto plus excrescat, & consilium sit necessaria dunitaxat maximeq; ad rem pertinencia prosequi.

Ad humanarum uero constitutionum tractationem ubi peruenit, deus bone, quam hic clamat & iurgatur iactus, imo transuertit nes humanae beratus ueritatis telo Cockleus. Ego simpliciter in libro meo hęc scribo. Humanæ constitutiones reuera illae sunt, quae ab hominibus & contra scripturam & sine scriptura, uel bona aut stulta potius intentione ac superstitione, uel alio quopiā affectu humano prauoq; nature conditæ atq; confirmatae sunt. Cuiusmodi sunt leges papisticæ uatice & innumeræ, de purgatorio & purgatorij animabus, de expiationibus, &c. Cockleus uero, Nullam adducis scripturam, inquit, in hac definitione tua, per quam tibi credendum esse iure postulare possis. Quare secure cōcludo, tua contra scripturam, & sine scriptura ex prauo cordis humani affectu maligne esse conficta. Ita ne uero Cochleus? Serio ne agis an iocaris? Si S. Iacobum audisses apostolum præcipientem, Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquendum, tardus ad iram. Nam ira uiri iustitiam dei non efficit: proculdu bio inexpēlia illa in me tua & furore inflata uerba non expuisses. Legunt mea, legunt & tua studiosi: & mea quidem scripturis uidet mira atq; fundata. Quid ergo de te iudicare possunt q̄ de furioso & impudente, quem nullius pudeat calumniare: aut qui canonem sequens sophisticum, contemnat, quod confutare non potest, conuictijs adobruat & infester clamoribus, quod rationibus infringere nequit, deniq; conuertatur ad personam qui cernit rem sua mole sic constare, ut uel tantillum commoueri nequeat. Quod si nullas profero scripturas pro mea definitione, cur obsecro tu preterito loco ex Matt. 15.

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

capite, & eo quem ex Paulo ad Coloss. paulo fuisus adduxi ē 2. cap. ad unicum illum quem ē 1. cap. epistolæ ad Titum prouuli, deuolueris, meaq; tam maligne cauillando calumniaris, ut nemo bonus bene de te iudicare possit. Obijcis mihi Paulum fuisse hominem: cui mox adiungis, Nūquid igitur omnia eius mandata mera erant mera mendacia? Ego uero diserte dixi ea hominum mandata mera esse mendacia, quæ ex hominibus, id est affectu humano contra scripturam & sine scriptura, utiq; sine dei spiritu, conficta sunt. Quis hæc nisi insanus & impotentiissime malignus applicarit S. Paulo apostolo, qui tametsi homo fuerit, humanis obnoxius affectibus, ut ipse de se estatutus Acto. 14. cap. do eñinam tamen non humanam, id est suis natam affectibus, sed diuinā ē scripturis & ē spiritu sancto prolectam peritamq; tradidit. Verum huiusmodi calumnias ac nugas offundunt lectorum oculis *lubetvra* quories simplicium animis genuinum alii cuius loci sensum subducere, & adulterinum supponere uolunt.

Ecclesia au- Tela quæ ex scripturis contra me eiacula uideri cupit, nihil ferendia, & um, Tua determinatio, inquit, est contra scripturam, quæ te iubet au- obedieñum dire ecclesiam, subditū esse sublimiori potestati, ac tuo subiacere pra- p̄positis. posito. Libenter enim ecclesiam Christi sponsam audio, à sponsi ore pendentem, & alienorū uocem q̄ longissime repellentem. Ideo non agnosco quæ tu milii & alijs Christianis sub inuolucro ecclesia ob- trudere nequicquam conaris. Ecclesiam uocas haud dubie Romani pontificis coniuratum turbam, cui me credere iubes indulgentias & reliquas nugas & merces exponēti. Si ecclesia est, ubi est uerbū Chri- sti. Si ecclesia est, unde illi pallium Assyiacum, unde ornatus Baby- lonicus. Hominum plus q̄ gentilitia figmenta intelligo. Cultus cer- tè redarguit meretricem esse, à sponsi sui legibus & synceritate prou- ricantem. Ecclesia quam me audire iubet scripture, matrona est casta, & legum sponsi sui obseruātissima. In eius gremio requiescant, qui uerbo Christi acquiescant. Sannionis integuntur pallio, qui præ- ritio dei uerbo, Romanas Romani pontificis & cōiuratorum ipsius leges uerbo dei contrarias adorant. Sublimiori potestati iubent me subditum esse scripture: uerum quatenus ea nihil milii alienum à dei uerbo præcipit. Alioqui enim oportet deo plus obedire q̄ homini- bus. Præpositum uero meum non agnosco alium, quām eum qui uerbum Christi mihi affert, dicentis, Attende uobis à pseudoprophe- tis qui uenient ad uos in ueſtitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et iterum, Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambu- labit in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Alioqui enim idem domi- nus in euangelio, Omitte illos, inquit, cœci sunt, & duces eorum.

Indi-

Indignatur & frendet Cochleus contra Catalogum quem contine
 xo constitutionum humanarum. Clamat, Non poteris nobis indica
 re ullos ex scripturis canonicas locos, in quibus prohibeantur nobis
 Monachismus, Primatus Papæ, Meritum, cultus & ueneratio sancto
 rum, Picturæ aut diuorum imagines: & reliqua. Videtur vero mihi
 aduersarius in medio nauigans ponto postulare aquam, ursiq; sicut
 prouerbio fertur, præsentis uestigia querere. Per multa enim perspi-
 cuæ & euidentia neq; detorta inique scripturarum testimonia iam o-
 lim à nostris prolatæ sunt & proferuntur in diem: qua nullus uestro
 rum hucusq; uel tantum suo commouit loco. Nam uerbum domi-
 ni manet in æternum. Interim de uis illis humanis figmentis beni-
 gne pronunciās dicas, Non ignoras talium rerum cultuumq; & ob-
 servationū crebram hinc inde in scripturis canonicas prophetarum
 & apostolorum mentionem fieri, si non passim expressis uerbis, sal-
 tem implice iuxta sanam ecclesiæ intelligentiam. Imò planè igno- *Sana ecclæ*
to ista tua ex ulla prophetarū aut apostolorum literis ulla posse uel *sæ intelli-*
probabili deduci consequentia. Non enim magnopere, quod aliás gentia.
 quoq; testatus sum, conceriatem tecum aut cum quoquam, mihi cre-
 de, propter certas uoces, nō ijsdem syllabis, eo numero, eo modo eaq;
 ratione qua uos utimini positas in scripturis, si sententia cum his ue-
 rafq; pietate congrueret. Et certè pietatis studiosi uiri non multum ri-
 xantur de uocabulis, modo de rebus constet. Sophistarum ac syco-
 phantarum id est. Paulus episcopū iubet fugere rixas & pugnas uer-
 borum, quæ ad nihil sunt uiles, nisi ad subuersionem audientiū. Hoc
 autem non ignoro te tuq; similes, permultos sanctæ scripturæ locos
 per crines, quod dici solet, trahere & detorquere ad exornandum &
 commendandum quod semel pro constitutione ecclesiastica defen-
 dendum uobis assumpsistis. Atqui ipsa res clamat, ipsæq; demonstra-
 tiones uestræ testantur quām probe respondeatis professioni uestræ
 profidentes implicate, & reuera implicate, in sacris illa uestra contine-
 nt, id est quām iniqui sitis & in scripturas sanctas & scripturarum san-
 starum custodem sanctam & catholicam ecclesiam: cuius intelligen-
 tiā orthodoxam, ut sancte ueneramur: ita errores recentes, sacerdulis
 aliquot exortos & obseruatos, cōtra scripturas & purioris eccle-
 siae iudicia, nunc ramen pro constitutionibus ecclesiasticis obrusos
 simplicioribus, omnibus modis exhorentes detestamur: non tam
 quod impium credimus quicquam quod cum scripturis pugnat re-
 cipere, q; quod uel hemerē dolet, & indignissimum iudicamus, ecclæ
 intelligentiam appellare, quod non congruit cum scripturis, ex
 quibus ecclæa capit & instruit suam intelligentiam. Ecclesia enim

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

super Christum fundata, Christi uerbo & spiritu regitur ac gubernatur, quia spiritu & uerbo Christi congregata est, ijsq; subsistit tota. Absq; uerbo & spiritu Christi exanimis est ecclesia, ut ecclesiam à uerbo & spiritu dei separaram iactare, sit exanime corpus sive cadaver puridum ornare & prædicare.

Ecclesiæ si. Viderit ergo Cochleus quomodo dicat ecclesiæ uel sine scripturis ne scripturæ esse credendum. Nam quod addit, Saltem propter spiritum Christi ris credens in ipsa habitatem: debebat expendere quod ipse dominus Iesus, qui spiritu misit apostolis, sua penè omnia scripturis demonstrauit, quod deniq; apostoli spiritu sancto donati scripturas pro sua doctrina confirmanda creberimas adduxerunt. Quid quod scripturæ ipsæ scriptus sancti sunt inspiratio sive instinctus: sicut confitemur in Symbole, Qui loquutus est per prophetas in unam sanctam et apostolicam ecclesiam? Iccirco ecclesia propter inhabitantem spiritum scripturis maxime credit, nec circa illas cupit sibi fidem attribui.

Disputatur per Digressionem de Sacrificio Missæ papistice. Cap. XI.

Hactenus præcipua tua, Cochlee, quibus absolutam scripturæ perfectionem per me assertam oppugnasti, confutavi: restaret nunc ut assertionē meam munirem fortius, sicuti feci cum de authoritate scripturæ canonice disserrem. Quoniam uero pleraq; mea, quibus meam confirmauit assertio nem, ne uerbo quidem attigisti, præcipue qua adduxi ex 15. capite prioris libri Samuelis, & ex posteriore Pauli ad Timotheum cap. manet etiamnum inuictum quod proposui, scripturas perfecte absoluas omnia uera pietatis & uita continere, nec quicquam ad perseptionem eius horribilium conferre figmenta. Iam itaq; ad postremum conuerterer locum ad abstergendas calumniarum maculas, quibus nos nostrasq; ecclesiæ aspergit Cochleus, nisi me magnis suis obtestationibus reuocaret postulareq; ut ad scripturæ locos, quos obiicit de Sacrificio Missæ respondeam. De Missæ, inquit, quam abrogasti sacrificio paucula recensebo, & perscrutandæ ueritatis causa familiari tibi obiiciam argumenta, quæ me firmiter constringunt ac retinent in antiqua patrum totiusq; ecclesiæ fide. In quibus si me errore docere, & non contemptim arq; superbe dissimulare, arq; ad omnia filere, &c.

Tu uero uideris Cochlee, ne non ueritatis perscrutadæ gratia seribas, sed causa insinuandi te in eorum amicitiam, qui promachis primatus Petri & Romanæ ecclesiæ pro maculatis chartis, proq; plausis conuictiorum in nos exoneratis, nauiculas Petri aureas submittunt,

tant. Quibus tamen suaderem, si me admitterent consultorem, ne sibi huiusmodi patronos deligerent conducerentq; qui malā caussam male agendo feme ipsa peiorē efficiunt. Siue uero gratis siue pro brio certe Cochleus, à me certe non grauatum imperat quod efflagit tantopere: cum quod haec cauſa quodammodo cognata uideatur cum ea quam tractamus. Nam ex hac, quæ Papistis præcipua est, apparet quām frigide & renidente scriptura, reclamanteq; uera pie tate, suas illas apostolorum & ecclesiæ traditiones ex scripturis deducant: reliquas multo ineptius & coactius tractant: tum quod magno animi mei desiderio cupiam omnibus numeris absoluā, totiq; mundo salutarem hostiam, sacrificium inquam unici & æterni sacerdotis & redemptoris ac domini nostri Iesu Christi, semel dūtaxat oblatum pro nobis propugnando confiteri, & confitendo prædicare. Cui gloria & honor in secula seculorum, Amen.

Inter alia longo enumerat aduersarius catalogo Latinæ siue Italæ Missæ propugnatores diuersis in prouincijs atq; regnis sacrificiū defendentes. Cæterum nescit forrasis, si hominum suffragijs certandum sit, etiam nos posse testimonia illustrium proferre uiorum, qui singulari pierate & eruditione prædicti, acriter pro uno Iesu Christi sacerdotio & sacrificio certates, Missam Romanensem impietatis redarguerunt. Verum ut in hominibus non gloriamur, ita non uolumus ulla premi hominum ullorum autoritate: scripturæ innitimus, ad scripturas canonicas, omnia uitæ & pietatis comprehendentes, appellamus.

Sic uero agam cū antagonista. Initio testimonia prolatæ ab ipso, pro sacrificio Missæ, leuiter perstringam, ostendens ea nihil pertinet ad Missam, sed ad ipsum domini Iesu in cruce semel dūtaxat personatum sacrificium. Deinde certissima producam argumenta, quibus demonstrabo Missam plane nō esse sacrificium expiatorium pro uiris & mortuis, sicut uenditatur à Papistis. Ante omnia tamen paucula quædam de ratione sacrificij præmittam. Sacrificium scripture usus perpetuo appellat quod Graci nunc *trōia* uerterunt, nunc *trōeopopos*, Sacrificiū quid.

nunc *trōeopopos*, quicquid uidelicet offeritur numini. Alij Sacrificium, inquit, ipsum est officium siue donum munusq; quod ad cultum fit dei. Habuerunt Hebraei uaria uocabula, quibus sacrificia sua denominarunt & interstinxerūt, cuius generis sunt illæ uoces Olah, Minah, Hatha, Ascha, Thodah, Schelamim, Milluim, &c. Et quanquam Latini quoq; suis uātur uocabulis, qualia sunt, oblatio, uictima, holocaustum, libamen, difficulter tamen ex his species illæ intelleguntur. Varias enim sacrificiorum formas fuisse quis nesciat? Adhuc

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

bebantur alia ad explanandum peccata & satisfaciendum deo, unde & frequentissime Peccata appellantur. Alia sivebant pro simplici pie-
tatis exercitatione ad renouandam fœderis sanctiōnem. Alia erant
Sacrificio: supplicationis: confessionis & gratulationis alia. Omnes tamen in
rū species. duas possunt contrahiri species, ut alia sint propitiatoria sive expiato-
Propitiatio ria: alia uero gratulatoria sive cōfessionis aut laudis. Propitiatoria
sunt quæ offeruntur deo ad placandam ipsius iram, & ad expurga-
tionem criminum. Cæterum non expiabantur peccata uictimis tau-
rorum, non abuebantur scelera sanguine hincorum: symbola dunna-
xat erant ueterum hostiæ, Christi uenturi, per cuius unicam pro pec-
catis oblatam in ara crucis uictimam uere expiatoriam catholice ec-
clesiae obtigit omnium peccatorum remissio, ut in oblatione & mor-
tia Christi desierint omnia ueteris ecclesiæ Israelitæ sacrificia, in Chri-
stianorū autem unica maneat, non iterabilis, sed perpetuum durans
Gratulatio: actuosa & effectiva Iesu Christi hostia. Porro Cōfessionis sive gra-
tulatoria sacrificia illa sunt, quæ alias appellantur *iniquisimæ*, que in-
quæ sponte fiunt à fidelibus pietatis opera, laudes deniq; deo ac gra-
tiarū actiones pro acceptis beneficijs oblatæ. Ea non reconciliat uel
acceptos reddunt deo, non iustificant sive purgant, sed à iustificatis sive
officij gratia seu pietatis ergo. Ideoq; appellata sunt ab alijs *zæpurnæ*
zæpurnæ. Huc uero pertinent hi loci scripturae, Sacrificare facticia
iustitia, & sperate in domino. Sacrificiū dei sunt spiritus confractus, Ob-
cor contritum & humiliatum deus non despicit. Item illud Pauli, Ob-
secro uos fratres per miserationes dei, ut præbeatis corpora uestrum.
Psal. 4. De Sacrificio laudis & gratiarum actionis hi loci scripturæ testantur,
Psal. 50. Sacrifica deo laudē, & redde altissimo uota tua : & inuoca me in die
Rom. 9. tribulationis, eruam te, & glorificabis me. Item, Tibi sacrificabo sa-
Psal. 49. crificium laudis, & nomen domini inuocabo. Hoc autem unicum
Psal. 115. est Christianorū sacrificium, quod reges & sacerdotes per Christum
consecrati, deo iugiter offerunt in ecclesia. Cessarunt enim oblatio-
nes & libamina, cessarunt holocausta, cessarunt deniq; pacifica-
toria sive gratulatoria quæ accipiebatur ex frugibus, armeniis & gre-
gibus olim. Non indiget ulla re terrena & peritura deus æternus &
Christus dominus in gloria. Terrena illa & peritura, aurum, argen-
tum, uestes, pecora, & alia his similia donaria, iussit substitutis suis
pendi offerri uice pauperibus, sibi uero innocentiam & laudem. Nam
Heb. 13. Paulus, Beneficentia, inquit, & communicationis ne obliuiscamini.
Matth. 25. Talibus enim uictimis placetur deo. Et in euāgelio dicit dominus,
Amen amen dico uobis, quatenus fecistis uni de his fratribus meis
minimis,

minimis, mihi fecistis. Rursus Paulus, Per Christum offerimus, ait,
hostiam laudis semper deo, hoc est fructum labiorum confitentium
nomini eius. Hæc de Sacrificio perstrinximus hactenus. De Missâ si Cœna de
ue Cœna domini, hæc paucula ē multis adiçimus, Cœna dominica
aliud non est quām celebris & mystica sacerrimaq; fidelium actio,
qua dominus per fractionem panis & distributionem calicis, myste
rium redemptoris suæ testificari, ac in memoria apud ecclesias suam
uoluit retinere: ipso domino dicente, Hoc facite in mei memoriam.
Adumbro duntaxat, non plene definiō, mysterium uitæ saluberrimi
ū. Ac ista nostræ puto contraversia facere satis. Nam hactenus
vocabula rerum de quibus disputatur, certis uolui circunducere limi
tibus, ne quid prouersus dubij aut lubrici maneat reliquum.

Iam ergo à Cochleo certam & minime anticipitem confessionem Certus in
quiritur s̄tæ
tus disputa
tionis.
requiro. Dicat nobis quanā ratione appelle Cœnam domini, quam
ipse Missam uocat, sacrificium pro peccatis uiuorū & mortuorum?
An quia corpus in ipsa Christi domini ceu expiatoria offerit hostia?
An quia laudes & gratiae in ipsa pro beneficijs Christi, ceu gratula
toria immolatur oblatio? An quia utrumq; Vtrung respondet, opis
nor. Nam pro peccatis sacrificat sacerdos, inquit, in Missa, & gratias
agit benefactori & redemptori Christo. Proinde certam habemus
dunc sententiam sive confessionem à Cochleo. Accipiat uicissim &
ille à nobis sententiam & cōfessionem planam & simplicem. Fateor
ingenie actionem illam solennem qua ecclesia Christo redemptori Quomodo
Cœna sit sa
crificium.
gratias agit, & beneficentiam eius laudat, sacrificium esse. Agnosco
enim gratias & laudem dei, Christianorum esse sacrificium. Agno
sco misericordiam & charitatem, adeoq; cōfederationem omnium
membrorum, quæ sit in cœna, sacrificium esse Christianorum. Sacri
ficat ergo ecclesia quoties celebrat cœnam mysticam. Significâter au
tem dico Ecclesiam sacrificare. Ira enim occasionem sacrificandi ijs
refundo, qui pretlo conducti sacrificant pro alijs. Apostolus Paulus,
Quotiescumq; inquit, comederitis panem hunc, & de poculo hoc bi
beritis, mortem domini annunciate donec ueniat. Id quod ad totam
pertinet ecclesiam, ad omnis generis sexus ordinis & conditionis fi
deles ecclesiam, non ad sacrificios duntaxat. Epistolam enim ad Co
inthios scripsit Apostolus ecclesie dei, sanctificatis per Christum Le
sum uocatis sanctis. Præterea diserte dicit, Ego accepi à domino qd
& tradidi uobis, &c. Proinde si hoc nomine Cœnam fidelium appel
lat sacrificium, quia in ea peragenda laudes & gratias deo uniuersa
offerit ecclesia, bene est, non male nobis congruit. Cæterū corde sim
plici & ore pleno nego Cœnam esse sacrificium propitiatorii, quo

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

uidelicet corpus Christi quotidie a sacerdotibus offeratur pro peccatis uiuorum & mortuorum. In hoc erit contrauersus nostrae cardo. Nam tu hanc propositionem quadruplici probatam uis uideri testimonia, figurarum legis, prophetarum, apostolorum & sanctorum patrum: quæ qualia sint, uideamus.

Diluntur argumenta Cochlei, pro sacrificio Missæ prolata. Cap. XX.
X cap. Genesios 4. adducit sacrificium Abel, cuius & in Canone Missæ fiat mentio, & multi patres sancti dicant figuram sacrificij Christi prætulisse. Id uero si cœcedam quid obsecro probauit Cochleus? Non nego Christum sacrificatum pro nobis esse semel, imo id maxime & uoceliberrima confiteor: nego autem illum quotidie per sacerdotes in Missa offerri. Quomodo autem sacrificium Abel id probat? Quid si dicarem Cochlee, disputationem nostram esse de expiatorio sacrificio, te autem proferre exemplum gratulatorij sacrificij: itaq; nihil facere ad propositum? Vide deniq; ne magna afficias iniuria fideles ecclesiæ doctores S. Ambrosium & S. Augustinum, qui haud dubie rationem istam dis damnassent omnibus.

Sacrificium Noë. Holocausta, inquis, quæ super extructum altare obtulit Noë, figura fuerunt sacrificij nostri, quod Christus instituit, sicut egregie declarat Rupertus abbas olim Tuicensis super Gen. lib. 4. cap. 27. Quis sit Rupertus ille ignoro: hoc scio sacrificium Noë typum prætulisse sacrificij Iesu Christi. Id est non ex Ruperto aliquo didici, sed ex S. Paulo apostolo. Moses enim Gene. 8. Noë, inquit, obtulit ex omni peccatore & uolucre mundo holocausta super aram. Odoratusq; est dominus odorem quietis, & dixit, Posthac nō amplius excrabor terram, &c. Paulus uero, Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem ac uictimam deo, in odorem bone fragrantiae. Christus enim oblatus est & unica uictima reconciliauit patrem, adeoq; absoluuit fideles in perpetuum, ut iam nō sit amplius offerendum in ecclesia pro peccato.

Sacrificium Melchizedek. Rursus Sacrificium Melchizedek, ait, clarissima fuit figura sacrificij nostri, quod ille in pane & uino obtulit. Quid uero si typus hic sacrificio uestro planè nihil respondeat? In Genesi enim 14. cap. legimus Melchizedekū panem & uinum prouulisse, ac Abrahæ quidem & eius militibus pro recreatione ex longo fessis itinere, non deo obtulisse pro peccatorum expiatione. Ipse enim negare non potes, proxenia exercitiu Abrahæ data exponit per Melchizedekum: imo clausitas

titas contextus non aliud suggesterit. Præterea non obrulit in cœna dominus Iesus uel semetipsum uel panem ac uinum deo patri. Obtulit se semel in cruce, in cœna symbola corporis & sanguinis sui nobis reliquit. Nec ea re typum Christi gessu Melchizedek quod panem & uinum obrulit, sed in eo potius quod duntaxat legitur fuisse sacerdos, genus autem & successio eius non legitur. De qua te mox dicemus ex Paulo ad Hebreos 7.

Gene. 22. sacrificat deo Abraham, quem unice dilexit filium Isaac. *Sacrificium Abraham.*
Sed quid hoc facit ad probationem eius quod in Missis corpus dominii quotidie sacrificatur? Habemus præterea interpretē apostolum Paulum, ut non sit opus expositore Cochleo. Per fidem, inquit Apóstolus, obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur et unigenitum obtulit, in quo promissiones acceperat ad quem dictum fuerat. In Isaac uocabitur tibi semen, cum illud secum perpendisset. Deum uel à mortuis excitat posse: unde eum & ἡ παραβολὴ in parabolam accepit, siue in similitudine & typo reduxit. Parabola uel typo in qua immo-
landi Christi, qui tercia die superata morte, exarmato peccato, et deuicto principe huius mundi, reuixit.

Exodi 12. & Numeri 9. præcipitur Iudaico populo agnum inter uesperas immaculatum offerat. Vbi denuo nullo nobis Cochleo o-
pus interpretē, cum Ioannes Baptista digito in Christum protenso, *Sacrificium agni paschalium.*
clameret, Ecce agnus ille dei qui tollit peccatum mundi. Sed & Petrus agni illius mysteria enarrans, dicit; Redempti estis non auro aut argento, sed pretioso sanguine, uelut agni immaculati & incontami-
nati Christi. Omnia autem significantissime Paulus, Pascha nostri Christi. Immolatus est Christus. Immolatus est Christus, inquit, pro nobis immolatus est Christus. Immolatus est Christus, adeoq; semel immolatus est, non immolatur quotidie, nisi obla-
tio eius non fuerit præstantior oblationibus Aaronicis siue Iudaicis. De quibus Apostolus, Non possunt accedentes perfectos reddere: alioqui nonne desiderant offerri? Propterea quod nullam iam habuissent conscientiam peccatorum qui sacrificassent, &c. Nec aliam posset habere significationem iuge agnorū sacrificium, Exod. 29. Nu-
meri 28. Christus enim agnus ille est apud Ioannem in Apocalypsi ab ipsa mundi origine occisus, per cuius cruentem purgantur quot-
quot ab exordio mundi ad finem usq; purgantur. Ideo & Paulus, Iesu Christus heri & hodie, inquit, idem etiam in secula.

Ita sacrificium uituli immaculati Leuit. 4. quemadmodum & uac-
ca rufa, Num. 19. significauit Christū innocentem, & omnibus mo-
dis purissimum holocaustum pro emundatione peccatorum nostro, maculati-
tum semel in cruce offerendū esse: sicut declarat manifestissime Pau-

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

Ius in epistola ad Hebraeos.

Non ignoro quid mihi hic obiecturus sit Cochleus, Hisce meis
sua illa nondum esse eneruata, ne probarint in Missis quotidie offer-
Missa obla ri corpus Christi. Se enim cum suis, non uarias, non diuersas ponere
tio incruen hostias, sed unam atq; eandē: nec aliam q; Christi domini, qui semel
14.

quidem se se cruentam deo patri sacrificari victimam, nunc autem
quotidie incruenta oblatio ac per mysterium in ecclesia offeratur deo
patri a fæceroibus. Cæterum haec sine scripturis & contra scriptu-
ras ex seipsis configunt. Quod enim locos huc uq; per Cochleum
recensitos attinet, nil aliud figurant quam Christum semel offeren-
dum pro peccatis totius mundi: id cum compleatum sit, consequan-
tia testimonia illa certum finem & hactenus consistunt. Nam re-
missa sunt peccata credentibus per unicum sacrificium, ut alijs porro
aut repetitione huius eiusdem amplius non sit opus. Nam quod Co-
chleus de suo assuere poterat Corpus Christi per mysterium & ho-
stiam incruentam quotidie offerri pro peccatis, id est, pro expiatione

Incruenta
hostia non
expiat.

peccatorum tam uiuorum q; mortuorum, id suffultus apostolicis scri-
pturis ita dissoluo, De Expiatorio siue propitiatorio sacrificio nobis
sermo est. Dicatis enim Missam offerri pro peccatis uiuorum & mor-
tuorum. Nequit autem mysticum & incruentum sacrificium expia-
re peccatum, quod non nisi sanguine & morte expiatur. Paulus enim,
Vbi testamentū est, inquit, mors intercedat necesse est testatoris. Nam
testamentum in mortuis ratum est. Item, Absq; sanguinis effusione
non fit remissio. Vnde & Ioannes apostolus, Sanguis Iesu Christi fi-
lii dei emundat nos ab omni peccato. Si ergo incruenta & mystica
hostia est Missa, profecto expiatoria non est, per quam remittuntur
uiuus & mortuis peccata. Nam si expiatoria est, cruenta est. Alterū et
go ē duobus eligat sibi Cochleus. Aut fateatur in Missis peccata non
remitti, aut cruentam hostiam esse Missam. At si peccata uiuus & mor-
tuus Missæ sacrificio non remittuntur, mentiti sunt Papistæ, qui audi-
toribus Missæ promiserunt peccatorum remissionem. Si uero cruen-
ta est hostia Missa, denuo imo sæpius mactatur immortalis & in glo-
ria sua regnans dominus. Id qd absurdissimum & à communī sensu
alienissimum est. Proinde suo semetipso gladio iugulant Papistæ,
dum glossemata configunt, quæ repugnantia quadam seipsa sub-
uertunt. Nec facile hic cedam cuiquam nedum Cochleo. Clarissi-
ma enim ueritatis lux omnes omnium sophistarum tenebras huic ne-
gotio offusas prorsus dispellit. Deinde cessant ibi sacrificia, ubi pecca-
ta plene expiata sunt & remissa, dicente Apostolo, Vbi peccatorum
est remissio, ibi nō est amplius oblatio pro peccato. In Nouo autem
testamento

testamento ac morte domini Iesu est plenaria omnium peccatorum remissio. Id quod cum prophetis testantur sancti apostoli omnes: ergo in novo testamento nulla est oblatio pro peccato, sed memoria & recordatio dunitaxat semel oblati in cruce sacrificij. Hæc ratiocinatio Apostoli omnia Papistarium de Missâ sive corporis & sanguinis domini sacrificio pro peccatis glossemata ceu malleus conterens per tram, dissipat. Dissoluat hanc, si potest, Cochleus, quando ita pugnæ cupidus es. Postremo quod dicit quotidie corpus domini per sacerdotes offerri in ecclesia, derogat gloriae sacerdotij & sacrificij Christi, quem Apostolus conferens cum sacerdotibus Aaronicis, negat omnibus modis immolare aut immolari quotidie. Semel enim obtulit. Et semetipsum quidem obiulit. Nequit enim ab hominibus ullis quantumvis sanctis, nendum ab impuris sacrificari sacerdotibus. Et unica hostia perfectos effecit in perpetuum fideles. Nolo mihi credatur, nisi Apostolus eadem sic tradat in 7. 8. 9. & 10. cap. ad Hebræ. Ac nisi iam desint oculi Cochleo, uidet clare quod errer turpiter, & seducatur ab Eccio, alijsq; papismi promachis, qui huiusmodi uerborum præstigijs oculos fascinant simplicium. Nolo urgere caussam & argumenta grauius, nolo foedum errorem exigitare odiofius. Si enim sapit Cochleus, aut alius papistico errore implicitus, qui sibi consuliuit, herbam præbebit sponte, non mihi, sed apertæ & inuictæ veritati.

Pergimus ad testimonia ex prophetarum apostolorū & patrum scriptis per Cochleū pro sacrificio Missæ prolata. Dic oīo Cocklee, quis prophetarum prædictis aliquando filium dei per sacerdotes in Missis quotidie sacrificandum. David deo & integrissimo regi & uati. Producis locū ē Psal. 39. Sacrificium sacrificio. & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi. Sed quid hæc ad Missam uestram? Dicis, Cassiodorum & Augustinum sic expone re. Ego uero non moror ullam hominū expositionem, cum apostoli cam interpretationem habeo. Ea legitur apud Apostolum ad Hebr. 10. & ad unicum Christi hostiam semel oblatam se refert. De Cassiodori expositione nihil dico. Nam qualis sit, nescio: cum paucula huic uiderim hactenus. Augustinum uereor ne non recte intelligas. Nam quæ pro te uident facere hæc opinor sunt, Nos iam hoc tempore sine sacrificio dimissi sumus. Absit. Et mox, Ablata sunt signa promissa, quia exhibita est ueritas promissa. In hoc corpore sumus, huius corporis participes sumus: quod accipimus, nouimus: & qui non nos, noueritis: & cum didiceritis, non ad iudicium accipiatis. Et relqua. Hæc Augustini sententia clarius illustratur lib. de Civit. dei 20.

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

cap. 4. 5. & 6. in cuius calce legis quæ maxime hic pertinent. Hoc est sacrificium Christianorum, ait, multi unum corpus sumus in Christo: quod etiam sacramento altaris nostro frequentat ecclesia, ubi ei demonstratur, quod in ea oblatione quam offert, ipsa offeratur. Intelligit Cochleus quâm nihil pro ipso faciat Augustinus. In Psal. 49. nihil est quod ei suffragetur, neq; in uerbis Davidis, neq; S. Augustini, qui Enarratione in Psal. 149. Vnde sacerdos, inquit, Christus: quia se pro nobis obtulit. Date sacerdoti quod offerat. Quid inueniret homo quod darer? Mundam uictimam. Quam uictimam? Quid mundum potest offerre peccator? O inique, ô impie, quicquid attuleris immundum est, et si aliquid immundum pro eo afferendum est. Quare apud te quid offeras, nō inuenies. Quare ex te quod offeras: non delectatur arietibus, nec hircis, nec tauris. Omnia ipsius sunt, et si nō offeras. Offer ergo illi mundum sacrificium. Sed peccator es, impius es, sed conscientiam inquinatam habes. Poteris forte aliquid mundum offerre purgatus: sed ut purgeris, aliquid pro te afferendum est. Quid ergo pro te oblaturus es ut munderis? Si mundanus es, poteris offerre quod mundum est. Offerat ergo seipsum mundus sacerdos, ut mude hoc quod Christus fecit. Nihil mundum inuenit in hominibus quod offerret pro hominibus, seipsum obtulit mundam uictimam, hostiam immaculatam. Felix uictima, uera uictima, munda uictima, hostia immaculata. Non ergo obtulit quod nos illi dedimus: immo hoc obtulit quod à nobis accepit, & mundum obtulit. Carnem enim à nobis accepit, hanc obtulit. Sed unde illam accepit? De utero virginis Mariæ, ut mundam offerret pro immundis, &c. Habet in his magnam discendi occasionem Cochleus, & resipiscendi à noxijs erroribus amplissimam.

Daniel de sacrificio. Porro ex 9. cap. Danielis palam apparet locos 9. & 12. cap. non expónendos esse de sacrificio Missæ papistice, sed de abrogatione & cancellatione iugi sacrificij quod offerebatur quidem in templo Hierosolymitano iuxta legem domini: sub Antiocho autem & Tito principe Romano deficiebat. Proinde nihil me mouet Lyrani, quam civitas, expositio. Possem si ita liberet maximorum in ecclesia uirorum expositiones pro nostra sententia facientes recensere: uerum satis mihi est quod ipsum scilicet Daniel explanat, sed & breuitati studio. Iterum ergo seduxit te tuus Eccius, qui de hoc Danielis loco magno conatus magnas profundebat nugas dum uiueret. Resipisce quæsto mi Cochlee, & da gloriam deo, ne propter oppugnatam ueritatem te aliquando puniat iustus dominus.

Malachias de sacrificio Christianorum. Ad testimonium Malachia, nostri responderunt diligenter, sed

sed & locus ipse abunde satis per contextum semetipsum explicat. Ad dis tantillum tibi temporis & otij nō fuisse reliquum, ut fusius dicta patrum commemorare licuerit. Miror autem Cochlee, an expositionem quoq; Irenæi & Tertulliani uetusissimorum scriptorum ecclesiasticorum protulisses, siquidem interpretationem loci Malachie per partes illustratam afferre potuisses. Irenæus certè lib. aduersus hæres 4. cap. 32. adducens uerba Malachiæ è cap. 1. mox subiungit, manifestissime significans per hæc, quoniam prior quidē populus cessauit offerre deo: omni autem loco sacrificiū offertur ei, & hoc purum; nomen autem eius glorificatur in gentibus. Et cap. 33. Incésa, inquit, Ioannes in Apocalypsi orationes ait esse sanctorum. Et cetera. Elegantissime enim exponit per integrum caput 34. Malachiæ locum. Tertullianus uero contra Martionem lib. 4. illa ipsa prophetæ uerba adducens, In omni loco, ait, sacrificium offeretur nomini meo, & sacrificium mundum, scilicet simplex oratio de conscientia pura. Item lib. 3. contra Martionem propè finem Malachiæ uerba recitās, Non est uoluntas mea in uobis, &c. In omni loco sacrificium mundū offeretur nomini meo. Addit, Gloriæ scilicet relatio & benedictio, & laus, & hymni. Vides Cochlee ista omnia pro nobis facere, nihil prorsus pro te. Docemus enim ecclesiam Christi eucharisticam siue confessionis oblationem immolare redemptori domino, cum Cœnam sacram celebrat: & hoc futurum prædictum propheta, sicut completum esse & in diem compleri cum sanctis doctoribus, testatur praxis fidei in ecclesia. Nunquam uero uel somniauit Malachias fore, ut semel oblatum in cruce pro nobis purissimum dominii Iesu corpus quotidie impurissimæ sacrificium manus expiatoriam pergerent deo patri immolare hostiam. Vident ergo p̄ij lectores in hac Cochlei argumentatione uelut in specimine quodam, quomodo papistici doctores scripturas ad sua detorqueant dogmata, aut quomodo ex scriptis deducant quæ non scripta quidem, sed scriptis conformia esse clamitant. Palam enim & cernere & reprehendere licet insinceritas, atq; utinam non etiam malignitatem istorum hominum: quorum iudicium non tardat, nisi mature conuerterat ad dominum, ueniam petant & agant sincere: id quod ipsis uere & ex animo imprecor.

Vbi autem uentum est ad testimonia Novi testamenti, nulla sigillatum receperit Cochleus, sed relegat ad Roffenses, Eccios, & Pighios, qui nostris permultos obiecerint ex euangelijs & epistolis Pauli locos. Ergo remitto & ego Cochleum ad scripta beatæ memorie D. Ioan. Oecolampadij, & D. Huldrychi Zuinglii, qui editis libris abu-

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

de satis responderunt ad potissima istorum argumenta. Quod enim Cochleus dicit nihil dū ad ipsa esse responsum, uel singū, uel quid dicat nescit.

Postremo iactitat in paribus ueruissimis, quorū aliqui apostolū cum fuerint discipuli, multo clariora siue expressiora de sacrificio Mīſā extare testimonia. Quibus ego quidem ne tantillum cōmoueor. Hactenus enim constat scripturas, omnia quae uera pietatis & uitæ sunt comprehendentes, nihil suffragari sacrificio papistico, proinde nihil ponderis auti autoritatis merito haberet apud fidēles, etiam si magna paucum turba affirmaret Missam esse expiatoriā uictimam. Nunc autem nihil huius reperias apud priscos ecclesiæ doctores, uiderit ergo Cochleus, ne sibi ipsi uana spe turpiter imponat. Ad Clemētē, Anacletū, Dionysium & Ignatiū nihil respondeo. De libris enim ac epistolis, quae ipsorum circunferuntur titulo, ualde conuertitur nō immerito, & adhuc sub iudice lis est. De Dionysio nō nescit, opinor, Cochleus, quid eruditū uiri sentiant. Epistolārum quādem Ignatiū mentionē facit Eusebius in historia ecclesiastica: sed an illæ quæ hodie circunferuntur ipse sint quarum meminit Eusebius, multa sanē scrupulū iniiciunt. Clementis & Anacleti literæ, spiritu, contextu, totobz orationis habitu, adeobz ipsa tractatarum rerum materia, quales sint, satis de seipsis testificantur. Neq; ueterum quisquam facile earum meminit. Ad classicos ergo & receptos ecclesiæ doctores uenio, Irenæum, Cyprianum, Ambrosium, Augustinum, &c. quos docuisse Cœnam esse sacrificium, sed confessionis aut gra-

Quomodo patres no-
minen Eu ex Irenæo, quibus haec ex 34. cap. lib. 4. adjicio. De Eucharistia sacri-
charistiā sa-
crificiū. tulatoriū sacrificiū, nunquam negauimus, sicut & nunc constan-
ter & simpliciter confitemur. Recēsui modo huius generis quedam
offerimus, inquit, deo non quasi indigeni, sed gratias agentes (obserua hoc) donationi eius, & sanctificantes creaturam. Et post aliquot sententias, Sicut igitur non his indigens, attamen à nobis propter nos fieri uult, ne simus infructuosi: ita ad ipsum uerbum dedit populo præceptum faciendarum oblationum, quamuis nō indigeret eius, ut disceret deo seruire. Sic & ideo nos quoq; offerre uult munus ad altare frequenter sine intermissione. Est ergo alta-
re in cœlis. Illuc enim preces nostræ & oblationes nostræ diriguntur & ad templum, quemadmodum Ioannes in Apocalypsi ait. Et aper-
tum est templum dei & tabernaculum. Ecce enim, inquit, tabernac-
lum dei, in quo habitat cum hominibus. Non omnia uerborum et
nibus libri: quos qui consulunt, inueniunt bona fide ea quæ ad
institutam

institutam disputationem pertinent recensere. Præterea dicta est eu-
 charistia siue Cœna dominica oblatio corporis & sanguinis domi-
 ni à beatis patribus: non quod iterum sacrificari arbitrarentur semel
 duntaxat in salutem mudi oblatam hostiam, sed quod significet atq;
 memoria sic semel oblata sacrificij. Huc pertinet illud Cypriani ex 2.
 lib. epist. 3. Et quia passionis eius mentionē in sacrificijs omnibus fa-
 cimus, (passio est enim dñi sacrificiū quod offerimus) nihil aliud q;
 quod ille fecit facere debemus. Scriptura enim dicit, Quotiescunque
 comedederis panem istum, & calicem istum biberitis, mortem domi-
 ni annunciatibitis quoadusq; ueniat. Quotiescunque ergo calicem in
 commemorationē domini & passionis eius offerimus, id quod con-
 stat dominum fecisse, faciamus. Eiusdem generis est & illud S. Am-
 brosij ex Comment. in 1. ad Corinth. 11. cap. Ostendit Paulus Corin-
 thi mysterium eucharistiae inter cœnandum celebratum non cœnam
 esse. Medicina enim spiritualis est, quæ cum reuerentia degustata, pu-
 rificat sibi deuorum. Memoria enim redemptionis nostræ est, ut re-
 demptoris memores, maiora ab eo consequi mereamur. Quia enim
 morte domini liberati sumus, huius rei memores in edendo & potan-
 do, carnem & sanguinem quæ pro nobis oblata sunt significamus.
 Et reliqua. Significatissime autem & manifestissime hoc negotium
 explanans S. Augustinus Bonifacio episcopo, in hæc uerba scribit in
 epistola quæ ordine est 23. Sæpe ita loquimur, ut pascha propinquan-
 te dicamus crastinam uel perendinam domini passionem, cum ille
 ante tam multos annos passus sit, nec omnino nisi semel illa passio
 facta sit. Nempe ipso die dominico dicimus, Hodie dominus resurre-
 xit, cum ex quo resurrexit tot anni transierūt. Cur nemo tam ineptus
 est, ut nos ita loquētes arguat esse mentitos, nisi quia istos dies secun-
 dum illorum quibus hæc gesta sunt, similitudinem nuncupamus, ut
 dicatur ipse dies qui non est ipse, sed reuolutione temporis similis
 eius, & dicatur illo die fieri propter sacramenti celebrationem, quod
 non illo die, sed iam olim factum est. Nónne semel immolatus est
 Christus in seipso, & tamen in sacramento non solum per omnes pa-
 schæ solennitates, sed omni die populis immolatur? nec utiq; menti-
 tur qui interrogatus, eum responderit immolari? Si enim sacramēta
 habent, omnino sacramēta non essent. Ex hac autem similitudine
 plerūq; etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo secun-
 dum quendam modum sacramentum corporis Christi corpus Chri-
 sti est, sacramētu sanguinis Christi sanguis Christi est: ita sacra-
 men tu fidei fides est. Non potuisse Augustinus pro sententia nostra,

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

qua^e non nostra, sed totius ecclesiae catholice est, quicquam appossum & idoneum magis, adde & significantius scribere atq^e testari.

Improbatio sur sacrificium His euici, spero, argumenta Cochlei nihil facere ad probandam rem quam sibi & demonstrandam & confirmandam sumpsit. Nullum enim locum, nullum argumētum solidum hactenus produxit, quo probarit Cœnam domini sacrificium esse expiatoriū, quod pro peccatis quotidie offerant sacerdotes, de quo nobis certamen est. Ac miseret me profecto hominis, qui in negotio tanto non alijs innititur fulcris: interim ramen in sua illa stulta confidentia sibi placet a^r deo, ut & se dicat (male nexis illis vinculis suis) constringi & reiheri in antiqua, ut falso uocat, fide, & à me consensum postulare audeat. Aut, inquit, mecum approba & consenti, aut certiora q^u alij se^r etarum duces fecerunt, argumēta propone. Non talem me reperies, qualem inquiris Cochlee: non is per gratiā domini sum, qui per uersum hominum & scripturarum detorsionem mihi^{os} oblinere, et quo quis uento doctrinæ circumferri me sinam: semel acquieciui, & oī mīnem spem mēam fixi in semel duntaxat oblata mōndi Iesure, et dēmptoris mēi uictimam, ab ea neminem ulla arte, ullāue uiolenzia auellere patiar, ac dominum toto corde precabor, ut animi mēi propositum confirmēt, atq^e in gratia & protectione sua me conseruet. Proinde nō approbo tua Cochlee, imo improbo & improbauit, usq^e, argumentis solidis: unde tuum iam fuerit mihi, imo non mihi, sed ueritati consentire: aut dispicere unde tibi pares, sicut pollicebaris, denos scripturæ locos, quos mihi unicum proferenti de distinctione personarum in adoranda trinitate, pro sacrificio Missæ, oppositionas. His certè plurimum confisus es: at sentis eos nihil habereroboris: resipisce itaq^e, & mecum synceram ueritatem confitere. Quos se^r etarum duces intelligas, planè non curo. Ego nullis sectarum ducibus obstrictus adhæreo. Christum dominum uerum ducem & magistrum, & quos orbi doctores dedit prophetas & apostolos agnoscō & ueneror. Horum scripta cum sint authentica, nō possunt non certissima esse argumenta qua^e ex ipsis petuntur. Ex ijs itaq^e porrò argumentum producam, quibus demonstrabo Cœnam domini planè non esse hostiam expiatoriam, sicuti à Papistis impie asseritur.

Demonstratur solisis scripturis atq^e argumentis, Cœnam non esse sacrificium expiatorium pro uiuis & mortuis. Cap. X XI.

 On proferam hic omnia qua^e possem testimonia & argumenta, sed potissima tantum: neq^e hæc exulta plene, sed adumbrata leuiter. Veritatis enim oratio simplex. Ducā illa ex locis hisce tribus, ex sacerdotio & sacrificio Christi,

Christi, atq; ex institutione Cenæ dominicæ. Ex sacerdotio Christi
Si hæc profluunt.

Completem est sacerdotium priscum, & desierunt siue abrogati i
sunt sacerdotes Aaronici: Christus modo solus & in æternum sacerdos est, perperum habens sacerdotium. Licet enim omnes Christiani sacerdotes sint, iuxta doctrinam apostolicam, alia tamen ratione cunctum ordinem sacerdotum sunt sacerdotes, quod id intelligit, quæ nos in præsenti de sacerdotio Christi loquamur. dinem Melchizedek. Nam propheta David in Psalmo mystico, Iurauit dominus, inquit, chizedek, & non pœnitabit eum: tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchizedek. Vbi singulorum uerborum emphasis obseruanda est, quod uidelicet iurat dominus, quod non pœnitabit aut mutabit id quod iurauit, quodq; iuramenti summa exponitur & adiicitur talis, Christus est sacerdos secundum ordinem Melchizedek, nimirum in æternum, qui uidelicet perpetuum & non interruptum habet sacerdotium. Opposuit enim propheta ordini Aaronico ordinem Melchizedek: qui in eo est quod Iesus solus siue unicus sacerdos est, nullum habens uel consortem uel participem. Paulus enim ad Hebr. 7. cap. Hic Melchizedek, inquit, rex erat Salem, sacerdos dei altissimi, qui occurrat Abraham reuertenti à cæde regum, & benedixit illi, cui & decimas ex omnibus impertitus est Abraham, qui primum quidem ex interpretatione dicitur rex iustitiae: deinde uero etiam rex Salem, quod est pacis, sine patre, sine matre, sine genere, nec initium dierum, neq; uitæ finem habens, sed assimilatus filio dei, manet sacerdos in perpetuum. Nam dominus Iesus iustitia & pax nostra est, sine patre iuxta humanitatem, sine matre secundum diuinitatem, επικανόνες, cuius generis origo non possit explicari. Generatione enim eius, ait etiam propheta, quis enarrabit: neq; initium neq; finem uitæ habet. Nam in principio erat uerbum, &c. Similitudinem ergo habuit filius dei, id est typum prætulit Iesu Christi Melchizedek, qui alioqui parentibus non caruit, genusq; habuit certum: sed non refertur in scripturis, ut inde colligamus qualis sit futurus sacerdos filius dei. De quo idem Apostolus in eodem cap. loquens & ipsi Aaronicos sacerdotes opponens, Et illi quidem, inquit, plures facti sunt sacerdotes, propterea q; per mortem non sinerentur permanere: at hic quod idem maneat in æternum, ἀπάλλαξ immigrabile uel perpetuum (quod scilicet successione non transit ad aliud) habet sacerdotium: unde & saluos facere ad plenum potest, qui per ipsum adeunt deum, semper uiuens, ad hoc ut interpellat pro illis. En quid poterat dici clarius? Ecclesia Christi Christum habet sacerdotem, qui habet sacerdotium immigrale, quod successione non transit ad aliun. Neq; successoribus opus

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

habet. Abrogatum illud & infirmum Aaronis sacerdotium propter mortem sacerdotum, successores habet. At dominus noster, quia semper uiuit, ac plene accedentes absoluere & perficere potest, non habet successores, non habet consortes, sed solus & unicus manet sacerdos in æternum. Ordo itaq; ille papisticus innumeros constituens infirmitatem habentes & mortales sacerdotes, qui pro peccatis offerant, Iudaicum sacerdotium reuocans, renouat, ordinem Melchizedek obsecrat & adobruit, ipsumq; Iesu Christi sacerdotium conculcat. Semper uiuit & agit in ecclesia Christi, nullis ei opus suffraganeis, nullos agnoscit Christi ecclesia Christi uicarios, &c.

2 *Qualis fatus est sacerdos ecclesiae.* Præterea oportet sacerdotem Christianæ & catholicæ ecclesiæ, iuxta Apostoli uerbum, esse sanctum, innocentem, impollutum, segregatum à peccatoribus, & sublimiorem cœlis factū. Porro tales non sunt uel ipsi pontifices summi, nedum fex illa papisticorum sacrificium: proinde non sunt catholicæ ecclesiæ sacerdotes: solus Christus Iesus cœlo est sublimior, segregatus à peccatoribus, innocens & impollutus. Solus ergo ille uerus sacerdos est, sanctificans & purgans omnes in se credentes. Impie autem sibi sumunt atq; usurpant papistici sacrifici quod solius Christi est.

3 Ecclesiæ deniq; catholicæ Christi pontifex aut sacerdos talis fit ne cesset, cui non sit quotidie necessarium, quemadmodum Aaronis, prius pro proprijs peccatis uictimas offerre, deinde pro peccatis populi. At hoc solent sacerdotes papistici. Soli Christo non sicut necessarium primo pro proprijs, deinde pro populi peccatis offerre. Solus ergo manet sacerdos ecclesiæ catholicæ, nec admittit ullos sacerdotij sui consortes.

4 Rursus Apostolus, Lex, inquit, homines constituit sacerdotes habentes infirmitatē: porro sermo iuris iurandi, qui supra aut post legem fuit, filium (constituit) in æternum consummatum (περιτελεσθόν) id est legitimū & semper idoneum, omnibus numeris absolutum, & cui nihil deest prorsus. Illi enim sacerdotes propter affectus & imbecillitatē humanæ carnis non erant semper idonei, ac multa in eis mediocria nedum summa desiderabantur. Quod & in Papisticis sacerdotibus hæret tenacissime. Manet ergo ecclesiæ Christi solus Christus uerus sacerdos: cuius sacerdotium obscurant, & Iudaicum reuocant, qui infirmitatem habētes, & non semper idoneos ordinant in ecclesia Christi sacerdotes.

5 Iam tanta est sacrificij Novi testamenti dignitas, filius enim dei Se ipsum offertur pro peccatis: ut non possit abs quolibet immolari. Significans fert dominus: tissime ergo Paulus, Semetipsum obtulit, inquit, dominus. Et, Christus

stus per spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum deo. Rur-
sus, Semel per immolationem suipius apparuit, ut multorum pecca-
ta tolleret. Item, Per semetipsum purgatione facta peccatorum no-
strorum confedit ad dexterā maiestatis in excelsis. Rursus ergo Chri-
sti gloriam impie sibi usurpant sacrifici, dum clamant se offerre deo
patri filium, qui non potuit nisi per semetipsum immolari. Vnde &
in lege præcipiebatur, Nullus homo sit in tentorio constitutionis cū
Pontifex ingreditur ad expiandum in sanctuario. &c. Leuit. 16.

Porro constat ipsum Christi adeoq; noui testamenti sacerdotium 6
(postquam semel pro peccatis in terris satisfecit dominus) ē terris in Sacerdos
cœlos esse translatum. In dextera enim patris considens sacerdos noⁿ ecclesiæ
ster, semper pro fidelibus in conspectu patris apparet. Cœlum nostri Christus
sacerdotis templū est. Apostolus enim, Talem habemus pontificem, cœlouitut
inquit, qui confedit ad dexteram throni maiestatis in cœlis, sancto templo.
rum administrator ac ueri tabernaculi, quod fixit dominus & nō ho-
mo. Nam si esset in terra, ne sacerdos quidem esset: nunc uero exel-
lentius sortitus est ministerium. Et cætera. Nolite ergo cœlo detrahe
re; aut hominibus communicare sacerdotiū, quod totum sibi in cœ-
lis cœli retinet dominus, ac abundissime res totius ecclesiæ opti-
mus pontifex curat. Non opus est ipsi ullis suffraganeis ipse obam-
bulat inter candelabra aurea, & tenet in manus sua stellas. Tametsi e^r Apoc. 1,
nim hac parte solus fungatur sacerdotio, habet tamen in ecclesia qui
doceant, sacramenta administrent, ac orent: habet ipsam ecclesiam
quæ ipsi gratulatorias offert, adde & cruentas uictimas, cum sanguini
nem fundit pro Christo, qui solus manet sacerdos, cuius oblatione
unica purgantur quotquot purgantur. Hęc ex ratione sacerdotij Chri-
sti produximus: ex ratione sacrificij hęc conteximus.

Leuit. 16. iuberur Aaron à cœlu filiorum Israël duos accipere hir- 7
cos caprarum pro peccato, quorum alterum sacrificet pro peccato, De sacrificio corpoz.
sparso sanguine eius septies eoram propitiatorio. De altero hirco ita
legis, Imponet manum utraq; Aaron super caput hirci uiuentis, & Chrisli.
confitebitur super ipsum cunctas iniquitates filiorū Israël, & omnes
transgressiones eorum, omniaq; peccata eorum, ponens scilicet eas
super caput hirci, & amandet eum per manum uiri opportuni siue
tempestiui in desertum. Et fetet hircus ille super se omnes iniquitates
illorum in terram separatam, amandabitq; hircum in desertum. Et
mox, Die illo expiabitur pro uobis, ut mundi statis, & mudi statis ab
omnibus peccatis uestris coram domino. Et iterum, Sitq; uobis hoc
statutum perpetuum, ut expiet filios Israël ab omni peccato eorum
semel in anno. Nemo autem hęc legens non intelligit mysterium

AD IO. COCHLEI LIBELLUM.

redemptoris nostri Iesu Christi, semel pro expiatione omnium peccatorum totius orbis immolati. Certe à posteriore hirco uidentur Genitio ethnici tiles suum illum expiandi ritum mutuasse. Nam cum Massilien. laboraret peste, unus se ex gentibus offerre solebat annum integrum alendum publicis cibis & purioribus: postea uerbenis uestibusq; sacris ornatus ducebatur per urbem cum execrationibus. Precabantur enim ut in eum omnia mala ciuitatis incumberet & incidenter, sicq; projiciebatur in aquam: existimantes unius morte quicquid malorum imminebat ciuitati posse averti. Ideo enim appellabant huiusmodi homines ~~expiatoriis~~ ~~laetificatoriis~~. Posteriore illo usus est Apostolus in Corinthis, dum significare uellet, apostolos non minus dexteritatis factos, quam sunt illi, qui diris obruti execrationibus pro salute publica abiijciebanur. Talis uideri uolebat & Simon ille Vergilianus. Sunt qui testentur & Romanis eum fuisse in usu expiandi ritum: unde claret expiatoriam illam ceremoniam late & pluribus innotuisse gentibus, quibus malus dæmon imponere & mysteria dei Christus factus, pro ueteri more, uoluit infamare. Vicunq; uero id habeat, etus pro nobis certum est dominum nostrum Iesum Christum maledictum pro nobis execratus factum, semel omnia mundi peccata in se & suscepisse & sustulisse, ac sustulisse quidem plenissime, ut nullo alio in posterum sacrificio neq; huius eiusdem iteratione opus sit. Apostolus enim Paulus, Christus nos redemit, inquit, ab execratione legis, dum pro nobis factus est execratio. Scriptum est enim, Execrabilis omnis qui penderit in ligno. Et iterum, Qui non nouit peccatum, ait, eum fecit pro nobis peccatum, ut nos efficeremur iustitia dei per illum. Huc pertinet illud prophetæ, Opprobria opprobrantium tibi, inciderunt in me. Rursum illud ex Isaia, Vniuersi nos quasi ouis errauimus, quisq; in uiam suam respexit: dominus autem fecit incurrire in ipsum uniuersorum nostrum iniquitatem. Ipse infirmitates nostras portauit, & dolores nostros ipse baiulauit. Vulneratus est propter transgressiones nostras, & attritus est propter iniquitates nostras.

8 Alterius hirci pro peccato cæsi uel immolati mysterium, disertis uerbis tractans S. Paulus in epistola ad Hebreos cap. 9. ostendit Christum esse uerum ecclesiæ Christianæ siue catholicæ sacerdotem, quem non hircinum offerat sanguinem, sed propriū, id est uere humanum sanguinem, idq; in plenissimam peccatorum remissionem: quippe cum sit deus simul uerus & homo uerus. Verba Apostoli haec sunt, Christus accedens pontifex futurorum bonorum, per maius & perfectius tabernaculum, non manu factum, hoc est, non huius fructu: neq; per sanguinem hincorum & uitulorum, sed per proprium sanguinem

sanguinem ingressus est semel in sancta, æterna redēptione reper-ta. Obserua mihi hic quod ueritas dicit Christum semel oblatū esse, & illa oblatione æternam reperiſte redēptionē, id est quæ semper, licet unica sit & non iterabilis, effectum habeat in credentibus per-petuum, ac sanctificet. Nam sequitur, Si sanguis taurorum & hirco-rum & cinis iuuencæ aspergens inquinatos, sanctificat ad carnis pu-tationem, quanto magis sanguis Christi, qui per spirituū æternū seipsum obtulit immaculatum deo, purificabit conscientiā uestram à mortuis operibus, ad seruendum deo uiuentis &c.

Idem paulo post per collationem plenius illud legis exponens, quod sacerdos iubebatur semel in anno expiare uniuersum Israel, di-

Semel obla-
citat. Non in manufacta sancta ingressus est Christus exemplaria ue-
tus est Chri-totum, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc in conspectu dei pro-stus.

En habet ecclesia templum sacerdotis sui Christi, cœlum: ha-bet sacerdotem Christum, & sacerdotem quidem non otiosum, sed maxime operantem. Apparet enim in conspectu patris. Quid autem dicit de sacrificio? quid sacrificat? quomodo aut quando sacrificat? Sequitur, Non ut sæpius offerat semetipsum, quemadmodum ponti-fex ingreditur in sancta singulis annis per sanguinem alienum. En-sacrificium quod ecclesia sacerdos offerit, Christus est, idem & sacer-dos est, ac semetipsum sacrificat. Nemo enim tantæ dignitatis est in-ter mortales, qui possit dei filium immolare: ergo ipsius semetipsum oblatum, ac obtulit quidem semel, non sæpius. Quare semel, & non sæ-pius. Sequitur, Alioqui oportuisset illum sæpius passum fuisse a co-n-dito mūdo. Qualis hæc quælo ratio? Talis omnino, Si Christum sin-gulis annis sacrificare oportuisset, sicut pontifex quotannis semel sa-crificauit, certe sæpius illum pati oportuisset. Nam sacrificare & pari-in idem recidunt. Sacrificia enim expiatoria non erant sine morte & sanguine. At nō potest amplius mori & sanguinē fundere Christus: ergo non potest amplius sacrificari. Poterat & talis uideri ratio Pau-li, Vbi testamentum est, ibi mors testatoris intercedat necesse est. Et, Si amplius sa-crificari nesanguinis effusione non sit remissio. Atqui per unicū dominum Christus, Ielum condonatur & expiantur peccata totius orbis: quod uno ore Christus, prophetæ & apostoli testantur: nisi ergo unica sufficeret pro omni-bus sanctis semel oblata Christi hostia, oportuerat Christum sacri-fari, id est mori sæpius. Nunc autem sequitur oppositū membrum (verum) semel sub cōsummationem sacerdorum ad profligationem peccati, per immolationē sui ipsius, apparuit. Semel oblatus & mor-tuus est, & in consummatione sacerdorum oblatus & mortuus est, ac unica oblatione seu morte sua peccata orbis plene expiavit atque pur-

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

gauit. Iterum autem repetitur quod semetipsum oblitus. De quo dicitur est superius. Imo ne quid dubij in ullius haereret animo, concludit. Et quatenus illud manet homines, ut semel moriantur, post hoc autem iudicium: ita & Christus semel oblatus est, ut multorum peccata tollerent, iterum autem siue secundo absq; peccato conspiciesur q;s, qui illum expectant in salutem. Ut homo non nisi semel mortitur, ita Christus non nisi semel immolatur, & hoc Christi sacrificium sufficiens est. Tollit enim peccata mundi. Sed & corpus Christi quod semel oblatum est, considerat iam ad dexteram patris, nec iterum descendit ad nos, nisi cum iudicaturus uenerit uiuos & mortuos. Hæc irrefragabiliter euincunt corpus domini Iesu non sacrificari quotidie in Missis. Semel duntaxat immolatum est, ac abunde sufficit ad sanctificationem.

10 Isaias in 53. cap. sic uaticinatur de Sacrificio Christi, Complacuit Dominus domino ipsum infirmando sic cōterere, ut ubi posuerit animā suam Iesu uicti: (דְּבָרָי) uictimam pro culpa seu hostiam delicti, uideat semen longa pro cul gæuum, & uoluntas domini prospere cedat in manu eius. Et mox, Et cognitione siue scientia sui multitudinem iustificabit iustus seruus meus, quorum iniquitates ipse portabit. Hæc explicans Apostolus, Quoniam in Christo, inquit, bene complacitum est uniuersam plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare cuncta erga se, pacifica tis persanguinem crucis eius per eundem, siue quæ in terra sunt, siue quæ in celis. Significantius tamen propheta appellat dominum Iesum Viuetam pro culpa. Est autem Ascham proprie delictum uel expiatio pro delicto, quod oblatio ipsa sustineret debitum execrationem ac penam. Nobis quidem debebatur propter peccatum mors, damnatio & execratio: id totum in se suscepit Christus. Sicut et Petrus testatur, Christus semel pro peccatis passus fuit, iustus pro in iustis, ut nos adduceret deo. Et certè reconciliauit nos deo, magnificum semen, Christianorum ecclesiam indeprus est, quæ iustificatur & purgatur per cognitionem siue scientiam Christi, id est fidem. Per hanc applicat meritum passionis siue fidelibus, non per Missas precarias sacrificum. Credit ergo sancta Christi ecclesia unico se

11 Christi sacrificio deo patri esse reconciliatam, atq; adeo perfecte, ut Perpetua non sit necesse sacrificium illud iterare.
Christi hostia omnes Danielis 9. legimus, Septuaginta hebdomades præfinire sunt populus & urbi tuæ ad consummandum scelus, & perficiendū peccata, & expiandum iniquitatem, & ad iustitiam sempiternam adductum, & obsignadum uisionem & prophetas, & ungendum sanguinem sanabrogauit. Etum sanctorum. Cæterum expiata est iniquitas, testibus apostolis,

& adducta est iustitia sempiterna Christus Iesus, in quo satis factum est omnibus uisionibus & prophetis, ipse est sanctus sanctorum, rex regum, sacerdos sacerdotum, unicus uidelicet ille & perpetuus, qui se mel oblatus, semper sufficit ad purgationem. Ideo enim abrogavit omnia sacrificia, quia unicū eius sufficit. Nam in Daniele sequitur, Porro hebdomas una confirmabit fœdus erga multos, & dimidium hebdomadis abrogabit uictimā & oblationem, &c. Sed & in euangelio legimus, quod immolato in ara crucis domino uelum templi scissum sit à summo usq; ad imum; & quod dominus iam iam depo siturus spiritum, dixerit, *Tunc sum, Consummatum est, id est perfectissime litatum est.* Paulus enim ad Hebreos 7. dicit Christum sacerdotem esse *in æternum consummatum, omnibus nimirum numeris absolutū, cui deficit nihil.* Dominus ergo in cruce testatus est perfectissime iam fuso sanguine, & intercedente morte litatum esse, & perfectissime purgata esse peccata mundi. Habetur autem merito extrema morientium uerba pro oraculis. Cur ergo diffidunt æternæ ueritati, qui quotidie Christum in Missis offer te clamitant? Si enim consummatum est sacrificium plane, non est iterandum: iterando enim prima uirtus infringitur. Non amplius sacrificant, qui credunt se semel esse consummatos: sic enim testificatur Paulus. Sacrificia ergo sacrificium pontificiorum certa sunt argumenta, quod ipsum Christi Iesu consummatum sacrificium, quo omnia abrogata sunt desierunt sacrificia, nondum intellexerunt: aut si intellexerunt, ac nihilominus Christum offerre in Missis pergunt, grauissime contra dominum peccant.

Zachariæ, ait dominus ad Iosue uel Iesum sacerdotem magnum, 12. Audi quæso Iesu sacerdos magne, tu & proximi tui qui ante te sedēt, *Vnica Chri* quoniam uiri sunt portendentes. En ego adduco seruum meum ger *si hostia ex* men. En enim lapis quem posui ante te, super lapidem unum sunt se piauit pec-
tati oculi, en ego aperio sculpturam eius, ait dominus exercituum, *cata mudi.*
& auferam iniquitatem terræ illius, uno die, &c. Quis autem nesciat
sacerdotes Aaronicos ideo dici uiros portendentes, quia summum
sacerdotem Christum figurarunt? Apud Ieremiam in 23. cap. Chri-
stus dicitur Germen Dauidis. Isaiae 42. cap. appellatur seruus patris.
In Dauidis & Isaiae scriptis nuncupatur lapis. In Christum ergo in-
tentii sunt septem, id est omnium oculi, tam ueteris q; noui testamēti
fidelium. Hunc lapidem sculpi permisit pater dominus exercituum,
dam in crucem suffixus, & lancea uulneratus filius dominus Iesus
profudit suum sanguinem, uno illo die terræ iniquitatem auferens.
Nam unica pro peccatis oblata uictima sustulit omnia mundi pec-

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

cata. Huc facit quod Apostolus ad Hebreos 10. cap. dicit, Sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel peractam. Et iterum, Omnis quidem sacerdos assistit quotidie sacra peragens, & easdem saepius offerens hostias, quae nunquam possint auferre peccata. Hic uero pro peccatis una oblatia uictima, perpetuo sedet ad dexteram dei, id quod superest expectans, donec reddantur inimici ipsius scabellum pedum eius. Vnica enim oblatione perfectos efficit in perpetuum eos qui sanctificantur. Opponit inter se Paulus quotidie & semel: quod easdem saepius obtulerunt hostias, & quod Christus uniam obtulit; item quod haec non potuerint auferre peccata, haec plene perficiat. Vnica est ergo hostia. Quare unica, quia in perpetuum

Locus sacrificij unius. efficax est, ac una omnes purgat, non reperita. Huc præterea pertinet quod locus sacrificio expiatorio unus, & mactationi agni paschalidis unus ac certus est designatus Deut. 12. & 16. denique quod Rubenitas contribules propter aram erectam ad Iordanem Israelites graui bello opprimere uolebant, nisi unica expiatoria pergerent esse contrecti. Locus extat Iosue cap. 22.

Sinceritas sacrificii a farta. Sunt autem ista contra sacrificium corporis Christi in cena quotidiana grauissima exlege, prophetis & apostolis testimonia, docentia interim quanta sit semel oblatæ hostiae Christi dignitas atque uirtus. Afferitur ijs puritas atque sinceritas sacrosancti sacrificij, constitutus sacrificium papisticum, quod ualde obscurauit huncus classissimum suauissimumque hanc lucem nostram, solem uidelicet iustitiae Christum, qui semel oblatus est, & amplius non offeratur: unica enim hostia perfectos efficit in perpetuum eos qui sanctificantur.

Augusti de sacrificio Christi. His placuit ceu coronidis & epilogi uice appendere quæ S. Augustinus de sacerdotio et sacrificio disputavit libro de Trinitate 4. cap. 14. ubi indicat sacrificium quod deo deber placere, offerri oportere per sacerdotem sanctum & iustum, sed & sacrificium oportere immaculatum esse quod possit pro mundandis uitiosis offerri: quibus protinus subiungit, Quis tam iustus & sanctus sacerdos, q[uod] unicu[m] filius dei, qui non opus haberet per sacrificium sua purgare peccata nec originalia, nec ex humana uita quae adduntur? Et quid tam congener ab hominibus sumeretur quod pro eis offerretur q[uod] humana caro? Et quid tam aptum huic immolationi, q[uod] caro mortaliss? Et quid tam mundum pro mundandis uitiosum mortalium, q[uod] fine ulla contagione carnalis concupiscentiae caro nara in utero & ex utero virginali? Et quid tam grate offerri & suscipi posse, q[uod] caro sacrificij nostri corpus effectum sacerdotis nostri? Ut quoniam quatuor consideratur in omnini sacrificio, Cui offeratur, A quo offeratur, Quid offeratur, Pro quis-

bus offeratur; idem ipse unus uerusq; mediator per sacrificium pacis reconcilians nos deo, unum cum illo maneret cui offerebat, unum in se faceret pro quibus offerebat, unus ipse esset qui offerebat, & qd offerebat. Hæc Augustinus. Intelligis lector non nisi unum atq; perpetuum esse & sacerdotem & sacrificium ecclesie Iesum Christum; porro itaq; ne recipias sacerdotes papisticos, qui impie Christi gloriam libi uendicant, quasi pro peccatis nostris sacrificant. Christo redemptori unico & sacerdoti & sacrificio adhære, qui ad plenum salutis facere potest accedentes. Contra hæc non præualebunt, ne ipse qui dem inferorum portæ. Nam huc etiam pertinunt innumera alia testimonia apostolorum de reconciliacione, propitiatione & peccatorum remissione parta per unicum sanguinem Christi, ac communictare nobis per fidem in Christum: sicut docuit Petrus 1. Pet. 1. Paulus Ro. 3. & 4. Ephes. 1. & 2. Colos. 1. & 2. Ioannes item 1. Joan. 1. 2. & 4. cap. Redemptori, sacerdoti & sacrificio siue hostie ac uictimæ, domino nostro Iesu Christo sit laus & gratiarum actione in secula saeculorum. Amen.

Ex Institutione Cœnæ dominice hæc paucula colligimus. Cœna 14.
Ito constat ex traditione apostolorum Christum se in cœna non sacri. *Institutione*
sacrifice, sed in ara crucis: neq; sacrificios instituisse in cœna, qui corpus cœna domini
& sanguinem eius in Missis quotidie immolarent. Vnde ergo habet n. i.
isti quod se pro sacerdotibus uenditant, qui quotidie Christum pro
peccatis immolent.

In Cœna dominus fregit panem, diuisit & edere discipulos iussit, 15
Sacrificare non iussit. Similiter & poculum inter eos distribuens, bi-
bere iussit omnes. In sacrificijs nos damus & offerimus domino: in
cœna autem nos dona dei percipimus, pro quibus agimus gratias.

Præterea, Hoc est corpus meum, inquit, quod pro uobis traditur, 16
Hic calix est sanguis meus, qui pro uobis effunditur. Non autem di-
cit, Hoc corpus meum & hunc sanguinem meum offeretis. Semel
enim oblatum est ab ipso domino in pretium, maneret effectus se-
mel oblate hostie in ecclesia, efficax & salutaris omnibus creden-
tibus.

Apud Lucam ait dominus, Hoc est corpus meum quod pro uobis 17
datur. Hoc facite in mei recordationem. Apud Paulum dicit, Hoc po Cœnam
culum nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quoti- moria est
escung biberitis in mei commemorationem. Quotiescumq; enim co immolati
mederitis panem hunc, & de poculo hoc biberitis, mortem domini corporis &
annunciate donec uenerit. En quid dici poterat planius & pleniū sanguinis
de Cœna domini? Dominus iubet nos facere. Quid? Quod ipse facit Christi.

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

prior. Iubet ergo panem frāgere, & poculū distribuere. Sed in quem finem? In commemorationem traditi pro nobis corporis & sanguinis effusii in cruce pro expiatione peccati, Iubet nos annunciat, prædicare & laudare nomen eius. Ecclesia itaq; Christum in Cœna non sacrificat iterum uel quotidie pro peccatis per ministros, neque ministri ipsum offerunt, sed sacrificij memoriam celebrat, & pro sacrificio semel in cruce peracto agit gratias, gratiasq; illas fideles offerunt redemptori. His quid poterat dici breuius & simplicius? Cur his simplicibus uerbis & sacrosanctæ ac perspicuæ institutioni domini non credimus & acquiescimus? Cur exoticas quæstiones de sacrificio reali, deq; alienis à pietate rebus multis, clarissimæ luci ostendimus? Ergo quibus mens est & iudicium, sensus item pietatis, ueritatem obuiam & simplicē expansis ulnis excipiūt, pectoribusq; astrinxunt & retinent ad extrellum usq; spiritum. Qui spiritu rotatur uertiginis, & ægrotant circa quæstiones & uerborum pugnas, erroribus subinde magis atq; magis implicantur, tandem uero ad simplicem & coruscantem ueritatem Christi caliginosos comprimunt oculos. Dominus Iesus abstergat omnem caliginem ab oculis errantium, ut posito tergiversationis uelamine, uideant in faciem Christi, intelligentq; uirtutem semel oblatæ eius uictimæ. Hactenus enim diergessus differui de falso pro peccatis papisticorum sacrificium sacrificio, rursus de uero unico. & eterno in ecclesia Christi sacrificio.

Non dicer Cochleus, opinor, se contemptum, & argumenta eius superbo præterita esse silentio. Vider, si oculos haber, omnium uetus stissimam nō modo antiquorum patrum, sed sanctorum quoq; apostolorum esse fidem ac doctrinam quam hucusq; profesi sumus, quam ille oppugnat, nos autem defendimus. Charitatis & Christiani officij me admonuit, si errare ipsum arbitrer, rectiora doceam petit: feci quod debui & potui, uideat ille ne pertinacius perga semel receptionum errorem tueri. Videt præterea scripturas omnia docentes, etiam plene tradere sacrificij & sacerdotij Christi ueram rationem. Cesser ergo humana mirari figmenta, torus conuertatur ad canoniarum literarum studia, quæ uere possunt eruditum reddere ad salutem per fidem quæ est in Christo Iesu domino nostro.

Respondetur ad Cochlei calumnias de Canonicis veteris testamenti libris, unde petenda sit emenda ueteris testamenti lectio. Cap. XXII.

 Estat modo pars huius operis postrema, qua polliciti sunt nos responsuros ad criminationes, contumelias, calumnias atq; sutelas Cochlei, quibus ille nos conspuens obruere totos, & toti mādo inuisos reddere satagit. Spat

git has per totum librum. Nolui in ipso disputationis cursu ad ipsa respondere, ne exorbitarem à statu, & lectoris animum onerarem uarietate, ac inuoluerem implicatus. Iam ergo seorsim nō ad singula, sed præcipua aduersarij capita respondebo. Compendio rursus studebo & simplicitati. Multas ille paginas conuitijs occupauit, in quo libenter illi cedam. Neq; splendida reportabit uictoriā, si me superet conuiciando, modo æqui lectores nostram intelligent innocentiam. Ergo ingenue & libere causam suscepiam defendam, ne quis nos aut nostras ecclesias ex calumnijs & contumelijs Cochlei iudicet.

Principio graui nos onerat suspicione, quasi de Canone codicis *De numero sacri perperam iudicem*, magisq; Iudæorum quām Christianorum *canonicorū sequar doctores*. Nam in libro meo adduxi Iosephum historicum *librorum, XXII. ueteris testamenti canonicos libros numerantem*: id quod uitio mili uenit Cochleus, ac ex Augustino & Carthaginien. consilio III. libros numerat *XLIII*. Cæterum nolui in libro meo de Canonicis, Ecclesiasticis & Apocryphis ueteris testamenti libris ex professo & ad plenum differere, per occasionem modo Iosephi uerba protuli, ut illis ostenderem quantam perpetuō habuerint sacri libri authoritatem. Quia uero Cochleus numerum librorum codicis sacri per Iosephum positum, rapit ad calumniam, profiteor me non improbare Iosephii sacrorum librorum catalogum, non quia homo Iudæus ita numerauit, sed quia ipsa uenustas & maximi in ecclesia Christiana ui*storicus Iu*ri, doctores & episcopi ecclesiistarum cum Iosepho probe congruunt. *dæus.*

Vt iam non dicam quod de Hebraicis nemo rectius aut melius q; Hebrai iudicare possunt: & quod illa temporibus apostolorum tradidit Iosephus, cuius iudicium doctissimus & piissimus. Cæsaræ Paulinæ episcopus Eusebius Ecclesiasticae historia non uerius est inferre. Nisi ergo doctores ecclesiistarum, & quoiquot inter sacrum & prophanicum, tanquam ueri sacerdotes dei, *XIIII*. libros, aut eos saltem quos Iosephus recensuit, numerent, peccatum fatebimur. Vetusissimus itaq; Melito prisca & apostolica Sardenis ecclesia præsul sanctissimus in epistola ad Onesimum, Quoniamquidem frequenter me rogasti, inquit, pro studio quod habes erga uerbum dei, ut in densis episcopis qui sit ordo uel numerus ueteris testamenti uoluminum, posse.

multa libenter impleui, sciens quod sit in te discendi studii, & quanta fidei deuotio, & quod uiræ desiderio nihil præponas. Scias ergo perrexisse me usq; ad Orientis locum, ubi prædicationis nostræ ceperit exordium, & ubi gesta sunt illa omnia, quæ leguntur scripta, ibiq; diligenter de omnibus explorasse, quæ essent ueteris testamenti uo-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

lumina. Ibi igitur quæ cum omni inuestigatione comperi hæc sunt,
Mosis libri v. Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium.
Tum deinde Iesu Nau; Iudicum, Ruth, Regnorum libri IIII. Para-
lipomenon libri II. Psalmi David, Solomonis Proverbia, quæ & Sa-
pientia, Ecclesiastes, Cantica canticorū, Iob. Prophetæ autem, Ieraias,
Ieremias, XII. prophetarum liber unus, Daniel, Ezechiel, Ezra, &c.
Hæcad uerbum Asianus ille Melito, qui Imperatori Romano Anio
nino Vero apologeticum librum pro nostra fide luculentissime scri-
ptum, porrexit. Floruit enim circa annum à nativitate domini 175.
ab ascensione eius 159. & à morte quidem Ioannis apostoli circa an-
num 37 aut 38.

Origenes. Origenes quoq; exponēs primum Psalmū, designat
etiam ipse qui si canon ueteris testamenti, hoc modo scribens, Non
est ignorandum uiginti & duos esse libros in Canone ueteris testa-
menti, sicut Hebrei tradunt secundum numerum elementorum que-

Hieronym. apud ipsos habēt. Et reliqua. Origenem sequutus D. Hieronymus
in Prologo quem appellavit Galeatum, non plures recenser: nec plu-
res numerat in celebri illa ad Paulinum epistola, quæ omnibus fer-
menti, sicut Biblijs Latinis præfigi consuevit. Cyprianus item siue is Ruffi-

Cyprianus. nus est in expositione symboli ex sanctorum patrum monumentis
libros ueteris testamenti canonicos non plures numerat quam Hiero-
nimus. Sed & priscum illud Consiliū quod ex diuersis Asia pro-
Consilium.

Laodicens. uincis celebri episcoporum conuenit apud Laodiceam apostoli
cā ecclesiā, in hæc uerba sanciuit, Nō oportet in ecclesijs libros q; sunt
extra canonem legere, nisi canonicos noui & ueteris testamenti: que-

autem legi & in autoritatem recipi oporteat hæc sunt, Genesis, Exo-
dus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomii, Iesu Nau; Iudicum, Ruth,
Regnorum lib. IIII. Paralipomenon II. Ezra; Liber Psalmorum nu-
mero CL. Proverbia Solomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorum,

Iob, Hespher, XII. prophetarū libri, id est, Osee, Amoz, Ioel, Abdias,
Ionas, Micheas, Nahum, Abacuk, Sophonias, Aggeus, Zacharias,
Malachias, Ieraias, Ieremias, Ezechiel, Daniel. Noui testamenti vero,

Et reliqua. Produxi haec tenus celebres ecclesia Christi doctores, qui
canonem sacrum non aliter q; Iosephus historicus continxerunt.

Augusti. Cesser ergo Cochleus me Iudaismi suspicione grauare. Quod Au-
gustinus plures numerat è duplice existit cauſa. Nam quosdam sigil-
fati numerat, quos alij coniunctim habent, non distinguunt, uel
ti quod XII. libros facit ex uno XII. prophetarum libro, sicut &
Laodicens. Consiliū fecit. Atqui Stephanus protomartyr in Actis apo-
stolicis prophetas XII. unius libri titulo comprehendit. Verum in
his nullum est periculum. Et quod Ecclesiasticos libros miscet cano-
nicis.

niciſ. Illoſ uero ut non contemniſus, reiſcimus atq; dañnamuſ, ita
uidemus eos non pariſ authoritatiſ ſemper habitos cum priorib;.
Sed de hiſ diſputauſi copioſius in Expositione mea quā de omnibus
ſanctaſ Scripturę libriſ eorumq; praeftantia & dignitate ſuperiore an-
no edidi.

Deinde ualde exagitata aduersariuſ quod lectionem testameti ue-
teris petimus ex ueritate Hebraica. Putat enim omnino manendum
eſſe cum translatione antiqua Latina, quam tot ſeculis recepiam pu-
blicē approbauit ecclēſia. Sed & doctorib; inquit, noſtriſ unā cum
Septuaginta interpretib; lōge iuſtius certiusq; tribuitur ſpirituſ ſan-
ctuſ, per quem ſcriperunt, quām Iudeiſ aut hæreticiſ. Præterea de
LXX interpretum authoritatē & cellulis Alexandrinis quędā com-
memorat ex ueruſtatiſ patrib;. Ad hæc adducit Lutheruſ, qui con-
ſtantier aſſerat Iudeoſ anniſ hucusq; mille quingentiſ ſacra corrupiſſe
Biblia, quo ipſa Melliſa & fidei noſtriæ contraria facerent. Ego uero
ad iſta ſic repondeo. Cōſtat certiſ ipſum dei filium Iesum Christum *Lectionis*
dominiuſ noſtrum eiusq; apostolos delectoſ in synagogiſ, legem *ueritas pe-*
ac prophetas & legiſſe & expouſiſſe ex ea lingua in qua ſcripta ſunt *tenda exue-*
priuſtus. De domino teſtatur fides euangelica. De Paulo autem ac *ritate Hea-*
reliquiſ apostoliſ teſtantur Acta apostoliſca. Pauluſ certe inſtituiuſ à *braica.*
Gamaliel Hierofolymis, cum Hebraiſ Hebraice agebar, cum Gen-
tiliſbus Græce, ſed ita ut ex patria peteret ſcriptura que his Græce tra-
debat. Quid ergo uerat quo minus etiā nos inde lectionis ueritatem.
petamuſ, unde dominuſ ipſum cum apostoliſ petiſſe uidemuſ: Ex-
tat canon apud Gratianuſ Distinctio. 2. petitus ex S. Auguſtino in
hæc uerba, Ut ueterum libriſ liboſ fides de Hebraiſ uolumiñib; exa-
minanda eſt: ita nouoruſ ueritas Græci ſermoniſ normam deſide-
rat. Idem de Doctr. Christ. lib. 2. cap. 11. Et Latinæ quidem lingue ho-
mineſ, inquit, quoſ nunc inſtituēdoſ ſuſcepimmoſ, & duabuſ alijs ad
scripturaruſ diuinaruſ cognitionem opuſ habent. Hebrae ſcilicet
& Græca, ut ad exemplaria p̄cedentia recurruſt, ſi quam dubita-
tionem attulerit Latinoruſ interpretum infinita uarietas. Certe ſan-
ctiſſimuſ & doctiſſimuſ ille Cypri epifcopuſ Epiphaniuſ in graui-
cōra Ariomanitaruſ certamine ad Hebraicam confugit ueritatię, & in
de confutat aduersarioſ. Quia inueniuunt, inquit, Dominuſ creauit
me: periculose uelut imaginanteſ ſomniant ea que ad nihil commo-
da ſunt uitæ inferenteſ, & orbem terrarum turbanteſ. At Hebraica
lingua non ſic habet. Vnde & Aquila dicit, Dominuſ poffedit me.
Semper autem hi qui filios generat dicunt, Posſedi uel adeptuſ ſum
filium. Sed neq; Aquila uim interpretatuſ eſt, &c. Et mox, In Hebraiſ

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

eo dicit, יְהוָה quod est dominus, יְהוָה quod potest dici, Tum instar pulli exclusit me, cum possedit me. Verum exactissime dicitur instar pulli exclusit me. Et reliqua. Feliciter uicit aduersarios Epiphanius præsidio Hebraicæ linguae: quos alij patres & docti & fideles infelicius & maiore opera oppugnarunt, quia linguae primitiue destituerunt auxilio. Quantum enim tollerunt se se nonnulli circa hunc Solomonis locum? Eat ergo Cochleus & neget lectionis puritatem & ueritatem in certamine potissimum ex ipso Hebraico fonte limpiissimo esse petendam. Ut ne dicam interim, plurimis modis referte e suis haurias fontibus aliquid, an è qualibuscunq; lacunis. Quid qd di in alienam linguam, ut eandem lucem, ut naturam gratiam, ut param obtineant emphasis. Extat Clement. lib. 45. Venerab. consilij decretrum de constituendis doctoribus, qui linguas aliquot publice docent, inter quas principem locū obtinet Hebræa. Iam uero certum est vulgarem & receptam Bibliorum editionem non ubiq; congrue cum ueritate Hebraica, nec usq; quaq; cum uersione Græca, immo ne cum Hieronymianis quidem scriptis. Tuitissimum ergo fuerit recurrere ad ipsos fontes, & ex ijs certam ac indubitatā petere lectionem. Pluribus noto his immorari quod D. Erasmus Roterod. super hac quibusdam nouis translationibus se opponeribus.

Libri à Iu Porro quod adiicitur à Cochleo, Doctoribus Christianorum & deis acce: LXX. interpretibus certius tribui spiritum sanctum, quam Iudeis aut hereticis, manifeste reuinctit Cochleum nescire quid dicat, aut de quibus assueret. Adeōne stupidos & insanos nos esse putat, ut hereticis tribuamus spiritum sanctum, ad imitamus eundem Christianis doctoribus. Ac de Iudeis quidem quibus nam adimatis spiritum, miramur. Iudei fuerunt qui nobis sacra scripserunt Biblia, ac ex spiritu sancto quidem scripserunt. Ergo de Iudeis forte intelligit, qui hodie uiuunt, & Christum blasphemant. Nihil autem negotiū cum his nobis intercedit: his non tribuimus spiritū sanctū, hunc non adimimus Christianis doctoribus. Nō tamē possumus libros legis et prophetarum, quos illi nobiscum habent cōmunes rei scere atq; damnare, immo credimus libris Hebraicis: non quia à Iudeis accepimus, sed quia Iudei acceperunt à sanctis dei prophetis, quibus credimus, non autem blasphemis Iudeis & blasphemis Iudaicis, quas toto corde abominantur. Sententiam uero illorum qui purant in ueteris testamenti interpretes. LXX. in translationem, satis in epistolis & prefationibus ipse refellit Hieronymus: quem ubi debellaris Cochleus,

Cochleus, ad nos redeat.

Cæterum Iudæi ab annis 1500. Biblia corruerunt, ut Messia & *An Iuda*^{et} fidei nostræ facerent contraria. Verum quibus argumentis hoc pro- Biblia core^{re} babitur? Quæ hodie extant Bibliorum Hebraica exemplaria, quæ & ruperint. nostri in suis sequuti sunt uersioribus, adeo Messia & fidei nostræ non contradicunt, ut pulcherrime consonent, & Iudæos erroris re- uincat: id quod, si res postuleret, euidenti demonstratione ostendere potest. Quod Rabini aliquot torquent locos & interpretando simplicitatem luxant, atq; sententias aliquot deprauant, ueritatem & fidem totius codicis non uocat in dubium. Detorserunt hæretici q̄plurima noui testamenti loca ad blasphemias suas sententias defendendas. Interpo lauit Martion pleraq; apostolorum scripta, ideo ne dubitandum est de fide & integritate totius testamenti noui: an ideo dicendum est hæ reticos a 1500. annis falsificasse testamentum nouum, unde nemo il li possit tuto credere? Absit, absit. Quod si semel huc nos abripiat con tentio, ut dicere non uereamur Hebraica Biblia esse falsata sive corru pta, quid porrò in religione nostra erit integrum? Quis noua nobis Biblia cuderet? Et si qui noua orbi obtrudere tentent, quis nouis tuto crederet, quis facile noua recipieret? Ex quibus oro libris petemus lectio nem certam? Ex Græcis ne? Verum quid respondebimus ei qui dixe rit etiam libros Græcos ab hæreticis esse falsatos? Ita uero liberū erit cuilibet in posterum sacrosancta quæq; uocare in dubium, & pro fer uore contentionis negare & abiçere quæ nulla ratio iusta & sana, sed mera animi impotentia negare & abiçere iussurit. Quanto re- ctius & modestius beatus Hierony, iudicauit, qui tametsi nō raro de librariorum osciantia & librorum mendis & depravatione queratur, nunquam tamen eo effunditur, ut codicem sacrum a Iudæis in de trimentum fidei nostræ dicat esse falsatum. Nam in Comment. ad Isaïam lib. 3. Si aliquis dixerit, inquit, Hebræos libros a Iudæis esse fal satos, audiat Origenem, qui in octauo uolumine explanationum Isaïæ huic respondeat quæstiunculae: quod nunquam dominus & apostoli, qui cætera crimina arguunt in scribis & pharisæis, de hoc criminе quod erat maximū reticuerint. Sin autem dixerint post ad ventum domini saluatoris, & prædicationem apostolorum libros Hebræos fuisse falsatos, cachinnum tenere non potero, ut saluator & euangelista & apostoli ita testimonia protulerint, ut Iudæi po stea falsaturi erant. Hæc Hieronymus. Habuerunt profecto ab annis 1500. bibliothecæ Christianorum Hebraica Biblia, & exemplaria non pauca, seruauit item integrum domini bonitas ecclesie sue codicem illum sacrum, qui inde nomen ueritatis obtinuit. Ab omni

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

bus enim hucusq; appellari meruit Veritas Hebraica , ut falsificatio
nobis non sit à ludæis metuenda. De quibus hæc hactenus.

Varias Bibliorum translationes prodeſſe non obſeffe ecclesiæ. Ecclesiæ item
Heluetiorum neq; in nouum neq; falsificatum euangelium eſſe translatas.

Caput . X X I I .



Ræterea multis uerbis ijsq; uirulentis nouas noſtre rit
tis multiplicesq; uersiones ſive translationes Bibliorum
imperit aduersarius , quaſi ea permultum deroget uerita
ti ualdeq; omnes Christi conturbet ecclesiæ. Verum ali
ter iudicaret, deq; maximis optimorum uirorum laboribus pronun
ciaret Syncerius, ſi ueruſatis & historiarum eſſet peritior. Translatio
nes em̄ fuiſſe diuersas in ecclesia Christi, tum apud Syros tum apud
Græcos adde & Latinos, conſtat manifeſtissime ex ueterum theolo
gorum monumentis. At eam uarietatem incuſauit nemo, doctifimi
quicq; plurimū prodeſſe aſſeuerauerere. Neq; extat ullus in orbe liber,
in quo deſcribendo, reddendo, uertendoq; plura laborarint egregia
ingenia q; in codice diuinarum ſcripturarum ſancto. Nam uicin p̄
ſenti nihil dicam de Hebræorum interpretibus, de libris Chaldaicis
& Arabicis, quorum alicubi meminit S. Hieronymus, an nō magna
fuit interpretum uarietas naſcente iam ecclesia & Origenis ſeculo?
Hic certe famoſiſſimos illos codices componuit, in quibus per colu
mellas ſingulas , ē regione ſeparatim collocatas, cuiusq; interpres
opus (quemadmodum apud Eusebium legitur) deſcripsit: ita ut pri
mo omnium ipſa Hebræa uerba Hebraicis literis poneret, ſecundo
in loco per ordinem Græcis literis ē regione Hebræa uerba deſcribe
ret, tertiam Aquilæ editionem ſubiungeret, quartā Symmachī, quin
tam L X X . interpretum, ſextā Theodotionis collocaret. Et proper
huiusmodi compositionem exemplaria ipsa nominauit ^{ſequaz;} id eſſe
sex ordinibus multiplicata conscriptaq;. Post eas uersiones dicuntur
ſuiſſe adhuc plures, Quinta uidelicet, Sexta & Septima editio. S. Hie
ronymi labores in hoc opere tota prædicat ecclesia, qui & in lingua
Dalmatiæ ſive patriam uerit̄ codices ſacros. Post Hieronymum re
ſtatur Augustinus plurimos in ecclesia ſcripturarum eſſe interpres,
Noni testamenti maxime. Nam libro de Doctrina Christ. 2. cap. II.
Qui, inquit, ſcripturas ex Hebræa lingua in Græcam uerterunt lin
guam, numerari poſſunt, Latini autem interpres nullo modo. Ve
prodeſſe, nō enim cuiq; primis fidei temporibus in manus uenit codex Græcus,
ab eſt trans- & aliquātulum facultatis ſibimet utriuſq; lingue habere uidebatur,
Latoniſ uaſuſ est interpretari. Et in cap. 12. libri eiusdem addit, Quæ quidem
ritas. res plus adiuuit intelligentiam q; impediuit: ſi modo legentes non
ſint

fiat negligentes. Nam nonnullas obscuriores sententias plurium co-
dicum saepe manifestauit inspectio. Hæc ille.

Proinde quod Cochleus ex 1. cap. Isaiae quadruplicem interpreta-
tionem: ē Psal. 109. septemplicem uersiōnē profert, non obest ecclē-
siā, sed sicut August. indicat, prodest plurimum. Imo ut nonnihil gra-
tificer Cochleo, proferam & ego adhuc sexpliçē huius eiusdem uer-
sus ē Psal. 109. translationē, ut duplo auctiōrem interpretationis nu-
merum habeat. Cochleus legit ex uulgarī, Ex utero ante luciferum
genui te. LXX. legunt, Ex uentre ante luciferum genui te. Aquila
vertit, Ex utero excitatæ infantiæ tuæ tibi ros. Symachus reddit, Ve-
lū diluculo roris iuuentus tua. Theodotion autem transtulit, Ex ute-
rō maturino iuuentus tua. Quinta editio habet, Ex utero à matuti
no ribi ros in iuuentute tua. Sexta editio legit, Ex uentre quārent te
ros iuuentutis tua, &c. Videt Cochleus & ante Hieronymi ætatem
multiplices fuisse in ecclesia uersiones, quas tamen nemo damnavit,
nemo ecclesiās conturbare dixit, sicuti hodie tumultuans clamitat cū
suis Coch. Qui his præterea adjicit, nos inter nosipsoſ per superbiam
philauriā, inuidiam & æmulationem (dum alter altero doctior uult
videri) multa diuersitate dissentire. Ceterum ut de aliarum ecclesia-
rum interpretibus meliora q̄ Cochleus prædicat spero, ita de transla-
toribus nostris, ecclesiæ uidelicet Tigurinę ministris fratribus charis-
simis, & qui ipſi superiore anno Latina uulgarunt Biblia, sancte te-
stari possum ipſos non nisi iuandis studio tantum subiisse laborem.
Imo non pigebit ipſorum ascribere & in hunc meum libellum trā-
ferre sententiam, quam operi Bibliorum his præfixerunt uerbis, Nos
D. Hieronymi exemplo docti, nolumus cum quoquam propter uer-
sionem uel editionem nostrā digladiari, aut imperiosius à quoquam
postulare, nostram ut recipiat, ueterem conspuat. Quibus enim hæc
nostra displicerit, ijs manet integra & intacta uetus uulgaris et recepta
illa sua, quam nos hac nostra minime damnamus: et si interim aper-
te fateamur ipsam non ubiq̄ & semper cum Hebraica & Graeca ue-
ritate congruere. Imo nemini præiudicamus, neq̄ contemnimus in
hoc uel alio scripti genere ullius p̄ij & docti uiri labores & uigilias,
quin potius probamus omnium sanctorum sanctam & sedulam di-
ligentiam, scientes optimum quenque interpretē, fide optima,
id doni quod cœlitus concessit munificus dominus, ad ecclesiarum
proferre utilitatem: quo nomine laudem certè merentur eximiā, non
malignum uituperium, tametsi non omnia ubiq̄ sint assequuti. Inte-
rim non arbitramur nos assequitos hac editione omnia. Per omnia
enim cum illustrissimo literarum antistite D. Eras. Roterod. conser-

Qua lege
qua moe-
destia Tiz-
guri edita
Biblia La-
tina.

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

tientes, ingenue poscimus, ut quicq; conferat atq; expendant qd allatum est, atq; ita demū probent si attigimus scopū: emendent amice, si quid ut homines aberrauiimus à uia, & minus assequunti sumus qd sedulo sumus sequuti. A quibus aut id nō impetramus, hoc saltē donet nobis ut credant nos simplici pioq; iuuandi studio quicquid hoclaboris est suscepisse. Quod si parum alicubi succedit, error est non fclus: & corrigi meremur non damnari. Nil enim magis agnoscimus quam nos homines esse, & parum aut nihil scire, præterq; Iesum & hunc crucifixum. Profitātur ac pollicetur alij quantumvis ingentia, nos pro nostra tenuitatem nihil iactantes profitemur, semper patrati discere meliora. Iccirco si quis felicius, doctius & terius sacra Biblia post illam nostram interpretationem uerterit ex Hebreo in Latinum, nō inuidebimus, non calumniabimur, sed probabimus potius illorum fidem ac diligentiam, domino agentes gratias, qui ecclesiā suā fidelia & felicia donatingenia. Haec tenus recensui sententiam interpretum nostrā ecclesiae de sua & aliorum uersione, quam omnibus æquis & bonis lectoribus satisfacere, perq; eandem Cochleis uertelam dissolutam arbitror. Quod si ille nihilominus perrexerit pun gere, calumniari, bona instituta inuertere, maledicere, & solito suo more grunnire, nihilo maior mili criminacionis eius cura erit q; ranarum palustrium, quod dici solet, odiosum illud suum βακτηρίῳ noz sine fine obstrepetū. Clamat aduersarius indignissime facētum, quod recepta consignatio numeri psalmorum à nostris sit mutata, et quod Hebraica propria nomina iuxta pronunciationem & proprietatem linguae Hebræa à quibusdam & scribantur & pronunciantur. Mirum uero an ipfis etiam prophetis irascatur qui primi sic scripserunt. Sed uideatur delicatus, imò morosus homo, in pulicis mortuis Herculem implorare ἀνέγενος. His autē hæc obiter adiçimus, Olim textores & nautæ cementarij & calcearij legebant sacras literas Græce & Latine, quarū linguarū erant periti, perinde ut nos linguae Germanicae. Præterea concionabant suæ fidei cōmisissis ecclesijs antistites Graeci Græce, Latini Latine, Syri Syriace. Constat enim adhuc beatu Gregorii suæ ecclesiæ Latine loquutum esse. Chrysostomus loquebatur & prædicabat suæ ecclesiæ Græce, studiumq; diuinorum uoluminum non semel laicis fideliter commendabat. Studium sacrarum literarum laudat beatus Hierony. in sc̄eminis, qui & Dalmatica lingua uertit sacros libros. Id quod ideo moneo, ut habeat responsionē Cochleus, si forte hoc nomine etiam irascitur, quod laici hodie sacra Biblia in uernacula legūt. Valde enim morosum esse & multis offendit oportet eum, qui propter numerum Psalmorum mutatum, & pro

Numerus
Psalmarū,
& nomina
propria mu
tata.

Biblia trās
lata in sero
monem uul
garem.

Pter nomina Hebraica Hebraice pronunciata, ita stomachatur, & ue
luit de peccatis maximis conqueritur.

Illud autem cōtumeliat iniuria^{cō} genus nobis nec ferendum nec Nouū euān
dissimulādum est, quod diserte dicit Zuingliū & nos fortissimam gelium non
Heluetiorum gentem in nouum & falsificatum euangelium, quod predicatū
ignorauerunt sancti patres & maiores eorum traduxisse. Capitalem Helucijs,
enim caussam actionem^{cō} nobis intendit. Nam iure & merito suo
maximo plectitur capite, qui instrumentū publicum, ab hominibus
quidem confirmatum, falsauit, quid ergo commeruit, qui codicem
euangelij filij dei corrupit? Huc ergo prodi Cochlee, & proba non
quibuslibet, sed solidis, iustis evidētibus^{cō} argumentis, quod semel
in detrimentum, imō exitium uitæ & famæ nostræ coram sancta dei
ecclesia effutuisti & expuisti. Alioqui enim intelligent omnes, quid
os tuum usq; adeo impurum & petulans mereatur. Nos innocētiam
nostram ita defendimus. Nunquā ciuib; honestissimis, patriæ dul
ciss. protulimus euangelium nouum, sed uetusissimum illud ante
annos 1410. per sanctissimos euangelistas & apostolos Iesu Christi
proditum ac scriptum, id^{cō} ecclesijs nostræ fidei commissis bona fi
de recitauimus, magna^{cō} religione exposuimus. Cuius quidem rei
testimonium perhibebit nobis uniuersa Tigurinorū ecclesia. Verum
ignorauerūt hoc, aīs, maiores uestri. Ignorauit ecclesia Israelis legem
dei sub Manassis & Amonis imperio, ritibusq; abominādīs prophā
natūrū templū domini sordebat: sub Iosia demum rege repertum
librum legis in æde dei Helkias sacerdos ad regem deferri curauit,
qui lectum protinus uniuersæ recitari iussit ecclesiæ. An uero noua
era lex dei quod ea proximo sēculo, id est maioribus non esset reci
tata & cognita? Ita Zuinglius beatæ memoriae minister Tigurinæ ec
clesiæ, euangelium ecclesiæ, ad quam legitime uocatus erat, ab initio
protinus exposuit, nō nouum, sed uetus illud à sancto Matthæo con
scriptum. Nouam itaq; doctrinā pepulit, ueterem reduxit. Seruatur
hic mos ac ritus in nostra ecclesia, ut non nisi canonici ueteris & no
ni testamēti libri, pro publica concione & in lectionib. facris reciten
tur & explicitentur fidelibus: unde ueterem non nouam doctrinam
tradimus: nec particulas aliquot pro nostra libidine ex ijs decerpas
tradimus, sed integros iusto ordine libros summa cum religione &
diligētia, inuocatio dei auxilio, enarramus, singula ad institutionem
& utilitatem ecclesiæ accōmodantes. Proinde graui nos iniuria asse
cit Cochleus, neq; unquam quod intendit probabit. Quod aliud Euangeliū
& grauius quidem illud adiicit Falsificatum, tam falsum est q; quod non falsifi
catum. Mori enim mallemus, q; euangelium domino nostro Ie catum.

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

su Christo falsare. Multi quidem in nos rabiose scripserunt, sed superat hic omnes. Nemo enim, quod sciām, tam atrox impegit scelus: ac vindicabit nostram, sat scio, innocentiam dominus, qui nunquā defuit calumniam sustinentibus. Zuinglius pro concessionibus publicis atq; in omnibus disputationibus & collationibus, non alio euangelij libro usus est q; Græco: nec priuato aliquo, sed maxime publico & impresso. Superfuntuel hodie libri eius omnes, & seruantur in publica ecclesia Tigurinæ & Collegij nostri bibliotheca. Ergo si in quo-
quam crimen falsificationis sacrosancti euangelij Iesu Christi haerebit, uel in Aldo Manutio, uel in Ioan. Frobenio, uel in Thoma Ans-
helmo Badensi, uel in ipso de literis sanctis optime merito D. Franci-
scō Simenio Card. Hispaniensi atq; Toletano archiepiscopo ha-
rebit. Horum enim opera, fide & industria habemus Græcanica, qui
bus hodie utimur, euangelij exemplaria. Cæterū nemo nisi insanus,
optime meritis illis fidelissimisq; uiris tam atrox crimen impegerit.
Norunt enim optimi quicq; uiri quantis sumptibus, quantis uigilijs
atq; laboribus sudoribusq; nunq; satis laudati illi uiri optima & ue-
tustissima quæq; ex Germaniæ, Galliæ, Italiae, aliarumq; nationum
spectatissimis bibliothecis exemplaria sibi compararunt, ac ad proba-
tissimorum exemplariū fidem sua illa exemplaria typis excuderunt.
Illis ergo ipsis & non alijs, illis ipsis quibus etiam aduersarij uritur,
nō ut corruptis aut falsificatis, sed ceu integris & emendatissimis usus.
Translatio est Zuinglius, ijs ipsis utimur & nos hodierna die. Quod translatio-
nes fideles, nem attinet, uulgarunt nostri superiore anno Latinā, quam impressio
Frochouerū noster, nihil discrepantē ab Erasmiana, quam tu etiam
à Romano tuo pontifice, à Cardinalium primoribus, et ab episcopis
non paucis ualde laudari non nescis. Adducit ille in suis annotatio-
nibus sanctorum patrum lectiones uarias, adeoq; ad collationē ipso-
rum dedit nobis testamētum sive euangelium Latinum. Quomodo
itaq; dicis nostrum euangelium sanctis patribus esse incognitum?
Neḡ uero Germanice hoc aliter interpretamur aut uertimus quam
Græcæ & Latinæ lingue proprietas fert atq; postulat. Cernit ergo
iam luculenter nostram innocentiam fidelis Christi ecclesia. Cernit
eadem clare aduersarium nobis atrocissimū falsificationis sacrosan-
cti euangelij scelus impegitse, quod in æternū non probabit.

Hierony. Non ignoro quid in uulgarem Noui testamenti translationem
Emserus in Germanicam annotarit Hieronymus Emserus: sed non nescit uicil-
Germanicā sim Cochleus eam uersionem non esse nostram. Adhæc nescire non
editionem, possunt qui Germanicam illam uersionem & Emseranam unā cum
annotationibus ipsius cum ueritate Græcanica contulerunt, calu-
mnias

mias esse fere; quas ille ceu corruptelas et falsificationes persequitur atq; condemnat. Vt non possum mirari satis quorundam in Germania sciolorum imo idiotarum imperitam audaciam, audacemq; im-
peritiam, qui cum nondum sibi uel conferendi facultatem Germani In indos
ea cum Latinis, ut nihil dicam interim de Græcis, pararunt, audent eos & tec-
tamen pro publicis concionibus coram simplici plebecula cœsuram merarios de
sibi sumere in translationes fidelesq; optimorum virorum labores, liquot cona-
ac impudenter clamare, plus q; recentis locis Nouum testamentum cionatores.
ab euangelicis de industria & malitiose esse interpolatum atq; corru-
ptum. Itane uero haber res, o imperitissimi & audacissimi mortaliū?
Vnde uobis hoc constat quod tanta cum confidentia pronunciatis?
Vixdū Latina expedite legere plenēq; intelligere potestis Antonij,
& pronunciare uultis de trāslatis ex aliena lingua. Tametsi Germa-
nica editio non per omnia cōgruat cum Latina recepta, ideo tamen
non est corrupta. Tametsi uerbum uerbo non respondeat, sensus ras-
men non est adulteratus. Cuperem ab indoctis illis doctis legi ali-
quando D. Hieronymi epistolam de optimo interpretandi genere
scriptam ad Pamphachium, & reliqua eius de trāslatoribus & trans-
lationibus iudicia. Tametsi deniq; Emserus aut alius quispiam cla-
mitet nouum testamentum ab euangelicis esse falsificatum, ideo ras-
men crimen nondum est probatum. Præterea nō omnis mutatio est
falsificatio. Stultum profecto imo ignominiosum est, seipsum sua
sponte alienarum calumniarum interpretem & internuncium inter-
ponere, unde cum ignominia probrofissima tibi aliquādo resorben-
dum sit quod nunc impudenti cum audacia, & audaci cum temerita
te expuis. Sed de his hactenus, de quibus eruditiores suo loco & tem-
pore dabunt haud dubie pleniora copiosiora. Ad Cochleum iam
redeo.

*Neq; uera potissimāe religionis capita per nos impugnari, neq; sepul-
tas excitari hereses.* Caput X X I I I,



Ergit Cochleus criminando quodammodo seipsum su-
perare. Iam enim ore pleno stomachum in me exonerās
totumq; sordibus adoperire tentans, in operis sui princi-
pio, Si solos, inquit, reprehenderes abusus, qui prælato-
rum negligentia, uergente in senium mundo, irreperunt, uitamq;
dunata scandalosam, & prauos mores plurimorū ex clero, qui suo
in ecclesia non recte funguntur officio, palam argueres, aut quan-
tumuis acriter insectoreris, non solum tacitus comprebarem, uerum
etiam publice collaudare non uererer. Quoniam uero præcipua to-
ius religionis nostra capitula (quibus labefactatis aut subuersis cun-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

starum periclitarentur salus animarū) impetis, hostiliterq; oppugnas, non licet mihi ad omnia tacere, &c. Rursus his ne quid absoluat des esset contumeliae, adiicit, non iniquā esse piorum aduersus nos querelam, nempe sepultas nos hæreses excitare ex inferis. Quid oro designare poteram contra deum, cōtra religionem ueram, & contra sanctam dei ecclesiam impium & sacrilegū magis? Miror si quid fibi ipsi in posterum reseruauit aduersarius contumeliarum, quas modo ita me non effuderit, Præcipua totius religionis capita impeto, immo &

Potissima **capita** **res** **gni** **papiſti** **ci.** hostiliter oppugno, sepultas insuper hæreses excito ex inferis. Quid designare poterā atrocius? Verum ut lector & quis meam intelligat innocentiam, & aduersarij cernat impotentissimū, ut ne quid dicam atrocius, criminandi studium, hoc in primis mihi explicet cupio, Cuiusnam religionis capita potissima me impetere dicat, Papisticæ ne, an Christianæ? Si Papisticae intelligit, fateor me impugnare quę non inter postrema sed prima potius numerantur, uidelicet Primum Pauperum, Indulgentiarum & sacrorum sacrilegam cauponationem, Simoni Auaritiam, Libidinem & luxum cleri, In uocationem creaturae domini prophanationem, Purgatorijs flamas auriuoras, & si quę alia sunt salutari euangelio Iesu Christi aduersa. Hęc oppugno, & oppugnabo, quoad scripturis non fuero meliora doctus. Nam dominus dicit in euangelio, Quemcumq; puduerit mei ac meorum servorum in natione hac adulera & peccatrice, pudebit illius & filium hominis, ubi uenerit in gloria patris sui cum angelis sanctis. Et iterum, Qui non est tecum, contra me est: & qui non colligit tecum, dispersit. Porro si intelligit potissimos Christianæ fidei articulos, q̄s nobiscum & Papistæ uerboonus confitentur, per ipsum dominum Iesum, & per aduentum eius in iudicium, oro aduersarium, indicet mihi quodnam caput fidei catholicæ & orthodoxæ imperiuerim aut oppugnarim hostiliter unquam? Prima & maxima Christianæ religionis capita, Symbolo comprehensa sunt apostolorum: quod cum intimis uisceribus infixū teneam, ore palam & orthodoxe confiteat, & huic cupiam feliciter immori, pro mea item facultate cōcessa à domino alacriter asseram atq; defendam contra omnes hæreses & sectas, quo uultu, quóue animo damnat me Cochleus impietatis ceu re, & ex animo quidem exclamare,

Sed mihi uel tellus optem prius ima deliscat,

Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras

Pallentes umbras Erebi noctemq; profundam,

Ante

Ante fides quam te uiolem.

Libenter amplector,
reuerenter exosculor, pro sacrosancto recipio, & catholica obediētia
sequor sincera ueteris ecclesiæ symbola, uel à generalibus synodis,
uel ab orthodoxis ecclesiæ ministris, ex libris prophetarum & aposto-
lorum condita, Nicenum in primis, Constantinopolitanum deinde,
mox Ephesinum, sed & Chalcedonen. quæ recipiunt & quinta & sex
ta synodus: symbola deniq; Consilij Toletani primi, Irenæi, Tertul-
iani, Gregorij martyris & episcopi Neocæsariensis, S. Athanasij, S.
Cyrilli, S. Damasi, similiaq; purioris ecclesiæ iudicia atq; testimonia.
Ea non modo confessus sum hucusq;, imo defendi etiam & tuebor
quo hic spiritus hos rexerit artus.

Rursus toto corde execror & libero ore condemnno ueterum phi-
losophorum, Epicureorum & Stoicorum in primis, omniumq; ethi-
corum & idololatrarum scripturis damnatauæsaniam, Iudeo-
rum quoq; priscas sectas & nouas blasphemias, omnium deniq; hæ-
reticorum abominanda dogmata, ueluti Cerinthi, Ebionis, Basilidis,
Valentini, Martionis, Nouati, Praxeæ, Sabellij, Arij, Aetij, Eunomij,
Macedonij, Manichæorum, Nestorij, Donatistarum, Eutychis, Mo-
notheitarum, Pelagianorum, omniū deniq; illorū quorum delyria
sancta deiecclesia ex scripturis cōderuinauit. Execror tota mente Tur-
cismum Machometisq; ter impij & sacrilegi nebulonis & Antichri-
sti furores atq; fœditates. Fingis iraq; & in tuum nō meum dedecus
maximum fingis Cochlee, sepultas me hæreses excitare ex inferis.
Neq; hærent in me pœnæ, perte mihi frustra intentata, que non ini-
que hæreticis à sacratissimis imperatoribus Gratiano, Valentiniano
& Theodosio decreta sunt. Cum hæreticis enim nihil mihi est nego-
tij, tantudem cum schismaticis & seditiosis: imo his anathema dico.
Legem uero siue confessionem fidei D. Iustiniani ad Ioannem Pa-
pam, qua tu tentas meam commouere conscientiam, legi iam olim.
Nisi uero cæcus & surdus eses Cochlee, uidisses iam olim & audis-
ses me eandē fidem de domino nostro Iesu Christo & salute nostra,
quam ibi profitentur Iustinianus & Ioannes me quoq; profiteri, &
Cyrum patriarcham cum sequacibus suis, de quibus ibi agitur præ-
cipue, damnare. Ergo ad delēdos fucos illos, quibus meretricē tuam Non omnis
ornas, spōgiām hanc mihi nunc sumo & adhibeo semper, Nos mi damnatue
nime totam antiquitatem cum omnibus sanctorum placitis conuel antiquitas.
lere, sed hoc potius unum agere, ut quæ temporum uitio corrupta
sunt ac dissipata, in antiquum statum redeant: in quibus omnibus ta-
men Christo nihil derogetur. Christi enim ius est, ut omnibus præsi-
deat, omnia uerbo & spiritu suo moderetur, & nullum in hac digni-

Dammatur
omnes hæ-
refes.

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

tate hominem habeat socium. Nouit qui nihil nescit dominus, num
quam mihi in mentem uenisse sanctos patres qui ante annos 1000.
pro afferenda fide Christi, & subuertendis haeresibus sancte & legi-
time coierunt, suam non Christi quæsiuisse gloriam, quemadmodum
me sentire & dicere singit Cochleus. Nam diuersum manifeste pro-
fessus sum 14. cap.lib.de authoritate scripture. Ac mirari ualde cogor,
an sciat cogitetur Cochleus seuera dei iudicia contra conuiatores
calumniatoresq; in scripturis pronunciata. Quod si nouit, mirum sa-
nè hominem in re periculosisima tam esse facilem & prodigum. Si
non nouit, cogitaret tamen nō inutiliter neq; stolide cōsuluisse mor-
talibus, qui dixerunt, Lingua esse coercendam, ne dum qua volu-
mus loquimur, qua nolumus audire cogamur. Parcimus tamen ad-
uersario permulum, nō quod hoc ipsi debeamus, sed quod illa in re
uinci q̄ uincere malum.

Quā refor- Simulat Cochleus sibi admodū displicere abusus ecclesiæ, & pra-
mationē ex uos plurimorū ex clero mores. Sed facit quod sui generis homines
petant Pa- faciunt omnes. Omnes enim clamitant se emendationem ecclesiæ ex
pīstæ. petere, interim uero neroꝝ prauæ doctrinæ superstitionis & impia-
permulta, contra & citra uerbum dei recepta confirmataq; adeo in-
scidi nolunt, ut ne attingi quidem sustineant. Nam statuas ē templis
submoueri nolunt, Mis̄tæ prophanationem, inuocationem creatura-
rum, meriti & operis humani iustificationem, cultum mortuorum,
monachorum incolumitatem, Papæ & episcoporum pompam & lu-
xum, & innumera alia qua cum pietate pugnat salua prorsus & in-
temerata manere cupiunt. Qualem ergo expetunt emendationem?
Talem nimirum, qua regno ipsorum, quæstui, superbiae & libidini,
decedat nihil. Volunt fortassis puluerem, ut ille dicebat, à statuis de-
tergi in templis: uolunt picturas lenonium & merenticium nescio
quid referentes pingi porro honestius: uolunt episcopos & sacerdotes
uiuere castius, hoc est, ut una atq; altera cōcubina contenti, non totos
alans scotorum greges: uolunt ut monachi iuxta suas regulas uitam
instituant. Nam nota sunt reformationes istorum hominum ex spe
ciminibus quibusdam iam olim editis. De quibus qui recte iudicat,
Vera refor- hoc prouerbij uobis occidunt, Mala quidem thripes, mala rufsum
matio. ipes. Ego certè non puto ullam in ecclesia ualitaram cōcordiam aut
reformationem, nisi qua ad regulam diuini uerbi fuerit composita.
Nemo enim mitit uinum nouum in utres ueteres, sicut ipse testatur
in euangelio dominus, alioqui rumper uinum nouū utres, & ipsum
effunderunt, & utres peribunt. Sed uinum nouum in utres nouos mix-
tendum est, ut utraq; conseruentur, &c.

Doctrinæ

Doctrinam nostram non esse corruptam, sicut calumniatur Cochleus.

Caput X V.

 Ost haec summis adnixus uiribus ostendere nititur aduersarius nostram doctrinam esse corruptissimā, ne quid icilicet nobis relinquit integri. Verbū dei, inquit, quod ab apostolis ecclesia traditionibus non scriptis accepit, re hæc; & uerbum dei scriptum, aliter docetis, q̄ tot retro s̄eculis docuerunt patres nostri sancti dei homines. De Traditionibus non scriptis respondi abunde satis: illud repetimus duntaxat. Referre ad apostolos omnium traditionum originem, quibus hactenus oppressa est eccl̄esia, mera est impostura. Porro iniuria graui nos afficit Cochleus, cum dicit nos uerbum dei scriptū aliter docere uel interpretari, q̄ tot retro s̄eculis docuerint patres sancti dei homines. Cum enim scriptura non sit humanæ interpretationis, sed ex semetipsa & per eius maxime inspirationem, per cuius gratiam nobis prodita est, exponi debet, ipsam per seipsum, obscuriora utiq̄ per clariora & pauciora loca non corrumpimus. Scripturas sanctas interpretando per plura, religiosa collatione, excusis deniq̄ circumstantijs, præcedentibus & consequentibus, & obseruara ubiq̄ fidei analogia generalitate charitate dei & proximi, interpretamur. Et hanc interpretationem suppeditant ipsæ scripture, adeoq; ipsam nobis sancti patres tradiderunt. Nam Tertullianus contra Præxeam, Oportet se cendum plura, inquit, intelligi pauciora. Hæretici uero paucula ad suam sententiam excerpunt, cætera intueri nolunt, & posteriora aduersus priora suscipiunt. Regula autem omni rei ab initio constituta in prioribus & in posteriora prescribit, utiq; & in paucioribus. Et Augustinus de Doctrina Christiana, Nihil in scripture ita obscurum est, inquit, quod nō alio loco explicetur manifestius. Vbi ergo apertius ponuntur, ibi discendum est quomodo in locis intelligentur obscuris. Maxime inuestigandum est, utrum propria sit an figurata loquutio quam intelligere conamur. Authores enim nostros tropis esse usos copiosissime sciant literati. Erit etiam hoc in obseruationibus scripturarum intelligentiarum, ut sciamus alia omnibus communiter precipi, alia singulis quibusque generibus personarum. Considerandum item quo quid tempore præceptum sit. Et iterum, Quisquis diuinæ scripturas uel quamlibet earum partem intellexisse sibi uidentur, ita ut eo intellectu non ædificet istam geminam charitatem dei & proximi, nondum intellexit. Quisquis uero inde talem sententiam duxerit, ut huic ædificandæ charitati sit utilis, nec tamen hoc dixerit, quod ille quem legit eo loco sensisse probabitur, nō periculose fallitur, nec omnia in mentitur. Hæc Augustini sunt. Verum de ratione explicandi

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

Scripturas modo differere ad plenum nō instituimus. Qui studio ueritatis tenentur, & cupiunt uere intelligere, an scripturarum sensum nostra interpretatione torqueamus corruptam uisue, habent unde plene discant. Extant libri nostri, quibus sacras scripturas enarravimus orthodoxe opinor, non hæretice. Ex quibus illud quoq; intelligent lectores, nulla nos gignere dogmata noua, sed prīcam & sinceram Christi & apostolorum doctrinam reparare atq; reuocare pro nostra uirili: aduersarios autem hanc non admodum curare, sed reue ra dimicare de splendore, luxu ac uoluptatibus, non de genuino scripturarum sensu.

Doctrina nostra de iustificatio ne, de fide & operib. sincera est. Aliud iam profert Cochleus, quo doctrinam nostram corruptio-
nis redarguat, Pessime facitis, inquit, dum populi à bonis operibus
abducitis per falsificatum à uobis uerbum Apostoli de iustificatione
fidei. Dicitis Paulum ubiq; docere solam fidem iustificare: at Paulus
nunquam ita dicit, sed uos falsa huius uocis (Sola) additione depra-
uatis uerbum & sensum Apostoli. Dic obsecro quare nullus uestrum
tot annis dignatus aut uisus est hoc crimen falsi, quod uobis publice
imputauit diluere ac excusare? &c. Ad hanc tua respōdeo, Pessime pro-
fecto res tuæ habent Cochlee, qui sic perficueris frontē, ut nullius
pudeat mendacijs, nullius calumniæ, contumeliae nullius. Nos popu-
lum nostræ fidei commissum non abducimus à bonis operibus, sed
inuitamus magis, & quantū in nobis est propellimus ad bona ope-
ra, non quælibet tamen, sed ea quæ ex fide per charitatem ac secun-
dum uerbum dei fiunt. Testimonium perhibebit hic nobis ecclesia
quam docemus. Resforbeat ergo Cochleus quod in nos euomuit. Si
qui uero alij irreligiosius loquuntur de fide & operibus, non nobis
sed illis imputet qui peccant, neq; suppressis nominibus omnia sub
unam Myconum conuoluat, ueluti cum multa iura confundit co-
quis parum mundus. Interim non pudet nec piget paucis comme-
morare Cochleo, imò omnibus lectoribus, quod de uera Iustificatio-
ne docemus nostrę fidei commissam ecclesiam. Docemus hominem
Christianum iustificari, id est à peccatis & intentiis propter peccata
mortæ æterna absoluī, uitæq; hæredem effici æternæ, per unicā Chri-
sti mortem, per uictimam in quam & effusionem sanguinis filij dei:
adeo ut dicamus Christum proprie nos iustificare, Christum esse no-
stram iustitiam. Quoniā uero Christus, qui uita est fidelium & salus
unica, per fidem inhabitat corda fidelium, & fide siue fidutia uiua ap-
prehēditur gratuita gratia & peccarorum remissio, fidesq; omnia ui-
ta & salutis Christo & misericordia dei tribuit; ideo fidei quoq; se-
cundum scripturas, iustificationem attribuimus. Rursus operibus fi-
delium.

delium iustificationem proprie non tribuimus, ne uilescat gratia, & euacuetur meritum redemptoris & salutis unicæ Christi, aut homo sibi suisq; tribuat uiribus, quod gratia & uirtutis est Christi. Interea non damnamus opera uere bona, non dicimus fidem esse absq; ope tibus, non docemus uana fidei fiducia niti homines, & nihil boni operis operari, sicuti falsi de nobis prædicant in publicis etiam suis concionibus, quibus hoc unū in uotis & consilijs est nos & nostram doctrinam uulgo & maxime simplicibus reddere inuisam. Non potest fides esse absq; bonis operibus. Sequuntur tamen illa iustificatio nem. Iustitiam enim iustus operatur. Iustus autem ex fide sua uiuit. Proinde iustificat fides, opera non iustificat, sed à iustificatis fiunt ex officio. Non enim de eorum numero sumus, qui impure & lubrice de iustificatione disputationes, nunc fidei nūc operibus iustificationem tribuunt: item iustificationem operibus & fidei ex æquo partiuntur. Nos omnem gloriam, laudem, uirtutem, iustitiam, uitam redempti Christo ascribimus. Huius solius sanguine nos ab omnibus peccatis mundatos & hæredes uitæ æternæ factos esse per fidem,clare & absq; uerborum meandris, ex toto corde & ore simplici confitemur. Didicimus hæc ex illustrissimo & selectissimo Christi organo Gentium doctore S. Paulo, qui Ephesijs scribens, absq; uerborum inuictu-
lucro sensuq; apertissimo, Eramus, inquit, natura filij iræ, quemadmodum & ceteri. Sed deus qui diuines est in misericordia, propter multam charitatem suam qua dilexit nos, etiam cum essemus mortui per delicta, conuiuficauit una cum Christo (per gratiam estis seruati) simul cum eo resuscitauit, & simul cum eo sedere fecit inter cœlestes per Christum Iesum, ut ostenderet in sœculis superuenientibus opulentissimam gratiam suam benignitate erga nos, per Christum Iesum. Gratia enim estis seruati per fidem, idq; nō ex uobis, dei donum est: nō ex operibus, ne quis gloriatur. Nam ipsius sumus opus, cōditii in Christo Iesu ad opera bona, quæ preparauit deus, ut in eis ambulare mus. Hæc omnia ad uerbū Pauli sunt. Quod ergo operibus alicubi tribuitur iustificatio, improprie & certa quadam ratione fit. De quibus abunde dixi in libello meo seu præfatione ad Comment. in euang. Ioannis, in Comment. item ad epistolæ Pauli ad Romanos cap. 3.4. ad Galatas cap. 2.3. ad epist. item apostoli Iacobi cap. 2. Ex quibus il lud quoq; patebit nos neq; uerba neq; sensum apostoli deprauare siue falsare. Quod nihilominus rogat cur ad crimen falsi nobis publice obiectum nemo haec tenus responderit, miror profecto an mente prouersus careat, an cum ratione insaniait. Nam non semel à uiris doctis & p̄ijs responsum est ad intentatum falsi crimen: ac uidit & legie-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

responsiones illas uniuersa Christi ecclesia: solus Cochleus nihil uidet, nihil legit, nihil audiuit, nihil dicit responsum dicit. Tamen enim nominatum Cochleo, quod sciam, responderit nemo, nemo tamen negare poterit à nostris fusissime disputatum esse de sola fide iustificante contra calumniatores. Quod autem Cochleo nemo sigillatum respondit, uereor ne ipse sit in culpa. Quid ita, rogas? Memineris dominus gry.

Doctrinam Adiicit his porro nouam contumeliam, Vestris, ait, de sola fide iusta pœnitentia in studiis disputationibus totum pœnitentiæ sacramentum in ludibrium uenit apud plebes nouarum sectarum. Sublatam enim confessione secreta, & satisfactione operis, pro contritione subornatis uanam de fide presumptionem, &c. Ita uero Cochleus quæcumq; in buccam uenient, in nos expuit. Nos pœnitentiam sine pœnitentiæ & legitime docemus in ecclesijs nostris, una cum fide, non illa quidem uana & presumptuosa, sed uera & religiosa, iuxta canonem illum euangelicum. O portet prædicari in nomine Christi pœnitentiæ ac remissionem peccatorū in omnes gentes. Docemus autem pœnitentiæ esse fidelem ad deum conuersionem, qua ex timore dei sincero humiliati, peccata nostra agnoscimus, uitamq; totam nostram immutamus. Proinde confessionem peccatorum quæ fit deo publicam & priuatam, nemo nostrorum contemnit aut irridet, nisi qui nostram imō dei doctrinam contemnit. Publica est, qua in sacris cœribus publice peccata deo confitemur. Priuata, qua quisq; peccata deo quæ commisit, priuatim & secreto confiteretur. Aliam nescit doctrina apostolica. Simpliciter enim magnus theologus & apostolus Iesu Christi, Si dixerimus, inquit, Peccatum non habemus, nosipso fallimus, & ueritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, Non peccauimus, mēdacom facimus eum, & sermo eius non est in nobis. Confessionis interim & condonationis fraternæ, cuius meminit beatus apostolus Iacobus, non sumus immemores. Porro satisfactionē quoq; non aliam docemus, quam acceperam illam traditamq; literis apostolicis ac propheticis. Vnde electionis Paulus, Christus Iesus, inquit, factus est nobis sapientia à deo, iustitiaq; sanctificatio & redēptio. Huc pertinet integrum caput IIa q̄ 53. Ad quod alludens primarius ille à petra denominatus apostolus Petrus, Ipse, inquit, peccata nostra periret in corpore suo super lignum. Sed adiicit, Quo peccaris mortui, iustitia uiueremus: cuius eiusdem uibice sanari fuitis. Proinde innocentiae studium ualde diligenter urgemos, iuxta illud, Ecce sanus factus es, ne post hac pecces,

Confessio.

Satisfactio

pecces, ne quid deterius tibi contingat. Hæc in omnibus & singulis concionibus nostris, non superuacanee aut negligenter, sed serio & summa cum diligētia inculcamus, nec pauci illa uere recipiunt. Finis ergo Cochleus pœnitentiam apud nostros uenisse in ludibrium. Nec agnoscimus nouæ sectæ, qua nos ornat, si dijs placet, appellatio nem. Christiani sumus. Cæterum forum illud Papæ sacrilegum, & nundinationem Romanensem circa pœnitentiam exercitatam publicis in concionibus persequimur & impugnamus uerbo ueritatis: cuius quidem generis sunt confessio auricularis, scrupulosissime omnis generis & speciei peccata per truncum & ramos, per matrem & filias, ac per omnis generis circumstantias sacerdoti enumerans, causas reseruati, redemptio peccatorum, indulgentiarum merx, & si quid aliud huius generis est ex Italicis, hoc est Romanensibus, excogitatum Chananaeis. Quibus omnibus semel pro semper, quod dici solet, benedictione conferens beatus Petrus, ad Simonem dixit, Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum dei existimasti pecunijs parari. Non est tibi pars neq; sors in hoc negotio. Cor enim tuū non est rectum coram deo. Act. s. cap.

A pœnitentia descendit ad Baptismum, sed quia nihil habet quod *Anabaptistæ* doctrinæ nostræ de baptismo affricet, miscit nos Anabaptistis. Vestris *sæc.* inquit, intemperij factum est, ut miseri Anabaptistæ & adultos reba ptizent, ac paruulis baptismum negent, &c. Sic tractamur ab aduersariis nostris, amice lector, ut quicquid ijs cōtra nos libeat, liceat. Non sunt sancti omnes, non sunt ecclesiæ nostræ, ac testabuntur, siquidem fuerit necesse, non nostra culpa, non è nostris intemperij, sed ex malitia propria & suggestione diaboli, cōtra puritatem doctrinæ & nostrum ministerium, exortos esse Anabaptistas. Hos nūquam fouimus, nisi quos Christo sperauimus lucrifacere: nūquam defendimus, sed impugnauimus perpetuo, priuatim & publice. Multa quoq; ab illis passi sumus, multas nobis turbas excitarunt, multos nostræ fidei creditos seduxerunt, quos non nisi maximis sudoribus ad ouile Christi potuimus reducere. Nunc uero pro his nostris laboribus hanc à *Co* chleo gratiam referimus, quod nos non tantum Anabaptistis connumerat, sed illorum, id est seditionissimæ doctrinæ, & publici cuiusdam furoris, authores facit, quasi ea tempestas ex nobis ecclesiæ sit exorta. Sed cum Apostolo dicimus, E nobis egressi sunt, sed nō erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permāsissent utiq; nobiscum. Ve *Doctrina* *de Cœna* rum ut manifesti fierent quod non sint omnes ex nobis, i. Ioan. 2. *domini in* *corrupta.*

Præterea nobis, id est doctrinæ nostræ, imputat quod in ecclesijs

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

digne percipient. Sed unde nobis hic cordium scrutator? E cœlo operior delaplus. Vnde trismacrios heros? Ex insulis nimirum fortunat. Nos præteritis quæstionibus de hoc sacro spinosis & sophisticis, orthodoxa docemus ecclesiam nostram, quæ uidelicet ab ipso domino & apostolis eius tradita accepimus. Nec sine fide & charitate, operante diuina gratia, recipit ea fidelis ecclesia: quomodo itaque ad iudicium omnes, nemo ad salutem domini cœnam percipit. Abutuntur, inquis, sacramento unitatis & fraternæ communionis ac dilectionis, permanentes interim pertinaciter in schismate & hæresi sua, contra unitatem ecclesiæ, atque in odio contra Papam, episcopos, clerum, &c. Fatemur sanè Cœnam domini esse sacramentum unionis communionisue, sed fidelium, non infideliuum, aut fidelium cum infidelibus. Negamus autem nos ac nostros discessisse ab unitate ecclesiæ catholicae ueritatem colentis: negamus nos hærere in ulla hæresi aut schismate ullo. Quod uero improbamus, imo & odio prosequimur abusus, superstitionem, falsa dogmata, cauponationem sacramentum, luxum & auaritiâ Papæ & cleri, non ex ullo personæ, sed sceleris odio, adeoque ex precepto domini facimus. Propheta enim, An nō domine odissim inimicos tuos, inquit, & meipsum excruciarē, cum tibi resistunt? Imo consummato odio illos persequor, mihique erū hostes. Apostolus quoque, Sitis odio prosequentes, ait, quod malum est, adhaerentes ei quod bonum est. Recte itaque hac in re nostri faciunt, non peccant: imo apostolus Paulus in priore ad Corinthios uenit sideles communicare cum infidelibus. Fidelium autem nomen non merentur clerici, qui colunt idola, propagant falsam doctrinam, & euangelij prædicationem iustum ferro & igni persequuntur.

Cernit lector Cochlei tela in nos uibrata, plane betacea, & argumenta quibus nostram doctrinam corruptionis redarguere uoluit, calumnijs, cõtumelijs & ineptijs instructiora esse que sanis rationibus, ut plane nolens uolēs dicere cogar, authorem operis tam tardi, elumbis, affectati & animalis, reuera Cochleam esse illam terrigenam, ita dignadam, domi portam, sanguine cassam. Nostri haud dubie electori, uersiculos, qui sunt de testudine apud Tullium, ex Pacuvio,

Quadrupes, tardigrada, agrestis, humilis, aspera,

Capite breui, ceruice anguina, aspectu truci,

Euiscerata, inanima, cum animali sono.

Non mihi irascatur Cochleus, sed suis ineptijs, quæ illa mihi uel renitenti extorserunt.

Ritus

Ritus ecclesie apostolicos & salutares à nobis neq; abiectos neq; cora
ruptos esse. Caput XXVI.



Escendit à doctrina ad ritus, nouaq; accusatione instituta, Optimas & antiquissimas, ait, traditiones, quas ecclesia 1500. annis in publico usu & perpetua consuetudine habuit, abiicitis, & nouas subornatis, non ē scripturis, sed ex proprijs capitum uestrorum figmentis deductas. Ad hūc modum queritur aduersarius. Cæterum rhetorice, non arithmeticē uerū est, quod proposuit Cochleus. Hyperbole enim rhetorica qualemcunq; facit inducit falsae suppurationi, ne talis uideatur, qualis reuera est. At calculus, de ritibus per nostros submotis, subductus, nunquā eum attinget quem commemmorauit numerum, annos uidelicet 1500. Et sunt ferè omnes papistæ hyperbolici magis q̄ calculatores, quoties uerustatem suarum traditionum suorumq; rituum iactando apud similes commemorant. Certè apostolica ecclesia omne studium im-

Ritus apostolicæ ecclæ pau-
cili.

pendens doctrinæ euangelicæ, puræ uitæ, & precibus synceris, pauculos opido habuit ritus, nec alios q̄ ab ipsis domini apostolis per scripturā traditos. Hos autem neq; corrupimus, neq; abiecimus, sed mordicus etiam hodie tenetes, religiose custodimus: id quod praxis & religiosa ecclesiæ nostræ obseruatio testatur. Scio quid Cochleus & alijs superstitionum errorumq; patroni proferant ex Clemente & alijs quibusdam scriptoribus, quos ferè temporibus æquant apostolicis. Verum dixialiâ de authoribus & libris illis, dubiam esse ipsorum auctoritatem. Iam si probatissima foret, cōstatramen scripturam apostolicam omnia ueræ pietatis continentem, omnium rerum in ecclesia gerendarum regulam esse, non pontifices Romanos, Clemenses aut Anacleros: qui si ueri fuerunt apostolorum discipuli, nihil uariūt, haud dubie, uel in doctrina, uel in ritibus ab apostolis. Quod vero clamat aduersarius nouas consuetudines nos non ē scripturis, sed ex proprijs capitum nostrorum figmentis deducere, falsum est. Ex scripturis enim petita sunt quæ circa Baptismum, Cœnam domini, Publicos & sacros ceteris, circa ordinationem ministrorum, catechizandi rationem, matrimonij consecrationem, &c., obseruamus.

Verum audiamus quos ritus ueteres ab annis 1500. receptos ab ecclesia, nos abiecisse dicat aduersarius. Valde exagitat quod baptismo ea baptizantur non adhibemus oleum, sal, sputum, & exorcismos. Cæterum finum. in partibus litibus tragedias mouere, tale est, quasi personam Herculis & cothurnos aptare infantibus uelis. Satis enim cōstat uirorum sanctissimum Ioannem unâ cum apostolis domini Iesu, qui ueruissimum & integrissimum baptizandi ritum, & seruarunt ipsi, & nobis

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

tradiderunt illis rebus nunquam esse usos. Quis autem neget ipsos perfectissime baptizasse? Recte ergo & plene, nimirum more apostolico & uetusissimo baptizat ecclesiarum nostrarum ministri, tametsi ijs non utantur, quibus apostolos non fuisse usos certissimum est.

Ritus circa cœnam Circa ritum Eucharistie consecrandæ, inquit, & sumendæ, sacrauerum orbem in Missa usi sunt catholici sacerdotes, & nouas, irreli-giosa petulantia excogitatis, unusquisque secundum caput suum. Quid audio Cochlee? Vesterne missandi ritus, quo uitimini hodie, durauit in ecclesia annis 1500? Ergone apostoli celebrarunt Missas? Assue-rant hoc magna constantia papizantes omnes. Interea legimus apud scriptores ipsorum quid ad ritum Missæ quisque pontificum de suo at-tulerit, ritumque missandi auxerit; quorū postremi, imo ne primi qui dem ad numerum annorum illorum pertingunt, quem isti proferunt. Oportebat sane mendaces esse memores, ne ipsis tandem eueniat quod nugoni isti lepido, qui iactare solebat in coniuicij, celebres se peregrinando urbes lustrasse 50. atque in singulis earum exegisse sequianum: dumque rogaretur, quotū iam ætatis suæ annum ageret, respon-derecque nondum quadragesimum, protinus reuocabatur res ab audi-toribus ad calculum, deprehendebaturque nugonem illum 35. annos priusquam in lucem esset editus, peregrinando perlustrasse ubes. Ita certe, ubi res reuocata fuerit ad calculum, uobis quoque eueniet. Si enim per Missam receptum hodie uulgaremque sacrificandi ritum intelligitis, cum dicitis Missam celebratam ab apostolis ante annos 1500. clara & expedita suppuratione deprehendetur multis annis celebratam antequā natam. Si uero loquimini de Cœna domini siue de fractio-ne panis, cuius meminerunt euangelista & apostoli in scripturis, ne-gare nō potestis, ritibus illis quibus hodie uitimini, illos caruisse prop-sus: imo fateri cogemini eos qui ritum illum apostolicum sequitur, apostolicum & uetusissimum tenere ritum: rectiorum autem sequi, qui posterius conditum receperunt: adeoque nos retinere uetera, uos au-tem usurpare & tueri recentiora.

Ritus Missæ Romanae non ab omnibus recipi & usurpatus ecclesijs. Illud quoque falsissimum est quod dicas Missam frequentari per to-tum terrarum orbem à catholicis sacerdotibus. Nam manifestissimum est Romanū ritum, eum maxime qui hodie in usu est, & de quo certa tur, nunquam fuisse receptum ab omnibus et singulis per orbem ter-ræ ecclesijs. Præterea certissimum est ecclesiæ in ritibus istis externis circa cœnam, uel recipiendis uel seruandis multa usas esse libertate. Intelligere hoc, siquid uoluisses, potuisses uel ex ipso Gregorio Pa-pa & Augustino Anglorum episcopo: quorum hic, Cum una sit fit-

Es, inquit, cur sunt ecclesiarum diuersæ consuetudines: & aliter consuetudo Missarū in sancta Romana ecclesia, atq; aliter in Galliarum ecclesijs tenetur? Ille uero responderet, Nouit fraternitas tua Romanæ ecclesiæ consuetudinem, in qua se meminit nutritam, quam ualde amabilem te habeat. Sed mihi placet, ut siue in Romana, siue in Galliarum, siue in qualibet ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotentis deo possit placere, solicite eligas in Anglorum ecclesia, quæ ad hucad fidem noua est institutione, præcipua quæ de multis ecclesijs colligere poruisti, infundas. Non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusq; ecclesijs, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt elige, & haec quasi in fasciculo collecta, apud Anglorum mentes in consuetudinē depone. Constat ergo uel Gregorij sœculo non omnes ecclesiæ unum atq; eundem illum Romanæ ecclesiæ ritum circa Cœnam domini in usu ac consuetudine habuisse. Constat suum tum quoq; ecclesijs libertatem, in huiusmodi ritibus atq; externis, mansisse illęsam: neq; Romanum episcopum sua ecclesiæ ritum omnibus obrutissime ecclesijs reliquis. Eam libertatem qui hodie reparatam, assertam atq; reductam cupiunt, laudem non uituperiū merentur. Cochleus itaq; ex arena necit funiculum, & umbram fumi celebrat.

Insanos putat Cochleus omnes, qui Missam abrogant, & noui te *Inania*.
Kamenti sacrificium esse negant. Cum autem in locum abrogare Missæ substituamus Cœnam domini, & sacrificium domini Iesu unicum & æternū summa fide & diligentia inculcemos ecclesiæ, quam idem ad sacrificandum deo spirituales & deo placitas hostias adhortamur, fidelisq; ecclesia ueritatem illam apostolicā religiose recipiat ac sese & omnia sua Christo redēptori offerat, insanus planè uidetur aduersarius, qui innocētes & religiosos Christi seruos non cessat calamitijs & contumelijs perseguiri.

Non potest peccatum uestrum, inquit, ulla ratione defendi aut ex Non scius, quod Tiguri & Bernæ tam impie grassati estis contra externū tum esse Tiguri cultum, &c. Laudem uero eximiam indeptus est sanctissimus Iuguri & Berdæ rex Iosias, qui cultum illum dei, falso sic appellatū, stirpitus exciñ in exterdit. Verbum enim & præscriptionem dei sequutus, deum meruit hanc cultus patronum. Ita sanctus clarissimarum urbium Tiguri & Bernæ tum, senatus, obsequens & fidelis populus, nullum dei cultum syncerum sed superstitionem meram excindens, illum habet patronum, qui dicitur, Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Nam nihil sublatum, nihil est excitum, nisi quod pater iussit cœlestis, hoc est, quod uel circa salutis & pietatis ueræ detrimentum

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

potuit tolli è medio: uel propter præceptum dei, propter superstitionem atq; scandalum debuit excindi funditus. Cesset ergo fibilare & stridere Cochleus. Cesset eximijs clarissimarum urbium magistratus detrahere, & cauillando, calumniando & conuictando uirutes ipsorum obscurare. Dominus enim laudat in uerbo suo idolorum extirpationem: nemo nisi malæ fidei serui uituperant, quibus uidelicet superstitione & adiuuentio humana plus adlubescit q; uera religio & præceptum siue uerbum dei. Hæc obiter ad obiectionem de subtilis ritibus uetus, deq; subuerso dei, ut Cochleus ait, cultu externo, hactenus respondimus.

Ecclesiam Christi nos non confundere in seculas, neq; unquam disciuisse ab ecclesia Christi catholica, & que nos retineant quo minus ad unitatem Romana ecclesia redeamus.

Cap. XXVII.

 Is quanquam acerbissimis conuimelijs in nos effusis largissime, nondum tamen exatiatus aduersarius, audet & hæc in nos exonerare. Populum dei ex uno ouili, in diversa sectarum agmina, dispergitis, contra manifestum Christi mandatum euangelicum. Non uocemini magistri, quia magister noster unus est Christus. Item, Fiet unum ouile, & unus pastor. At qui suo more agit aduersarius. Nos ut in dogmatibus horremus heres, ita in unitate ecclesiæ catholicæ schismata abominamur. Ideo gregem domini nostri Iesu Christi nō dispergimus in diversa seculazrum agmina, sed dispersum disiectumq; in diuerfissima innumeraq; sectarum & doctrinaruia auia reducimus in viam rectam, atq; in ouile Christi unicum, in catholicæ ecclesiæ societatem, & ad unicum pastorem Christum dominum, deniq; ad unicum & certissimum doctrinæ genus, ad unum dei filium omnia referens.

Papistica Quale autem fuerit & adhuc uigeat doctrinæ genus apud Papistis, quot deniq; sint sectarum fraternitatū regularumq; discrimina, spargi ecclæ quam disessa & pluribus imparita simplicium fideliumq; corda, insiam in se huc usq; diem, nemo nescit, nisi qui quid sit papatus, monachismus, etias uaz creaturem inuocatio & cultus, nescit. Docent pro publicis concionibus à Papa consecrati & missi, Papam esse uniuersalis ecclesiæ caput, Christi uicarium, qui potestatem habeat in cœlo & in terra, & in purgatorio sub terra, & proinde obedientes ecclesiæ Romanæ filios, purgari à peccatis per indulgentias plenarias, per Missas quotidianas, per opera pœnitentiæ satisfactoria, per merita item ceremoniarum clericorum, sed & per interuentum & inuocationem diuorum. Ea autem doctrina non colligitur ad unicum totius ecclesiæ præsidiū dominum Iesum, ecclesiæ, sed dispergitur magis in agmina sectarum & formarum

rum mille. Alius enim ad limina cursitans apostolorum, Beatissima
 si diis placet, pedes exosculari, indulgentias redimere ac mercari, & à
 poena ac culpa cupit absoluī. Alius in desertū, nescio quo, prorepens,
 inserit se sodalitio alicui monachorum (quorum tam diuersa sunt in
 stirata uite, quam diuersi & monstrifici habitus) noua uora diuo aut
 monacho alicui nuncupans, & uelut nouo quodam baptimate sese
 retingēs, quasi parum aut nihil sit semel in baptismō nomen dedisse
 Christo universorū domino. Alius sibi hunc diuum, aliis sibi alium
 colendum sumit, per cuius fauorem, gratiam atq; interuentum salue
 tur. Alius per Missarum sacrificia, & fraternitatum merita ad cœlum
 peruenire contendit. Est qui se totum addicet idololatricis peregrina-
 tionibus, & nescio quibus alijs superstitionibus, quod reliquum est
 rubiginis, purgatorijs flammis sese expurgaturum (iuuantibus inte-
 rim sacrificis inferias & anniversaria celebrantibus) sperans. Indicet
 ex his lector cordatus, quis à puritate & simplicitate ueteris & apo-
 stolicæ doctrinæ, adeoq; ab unitate catholicæ ecclesiæ defecerit, quis
 nam uarias inducat se etas, quis diuidat & disperget ecclesiam, quis
 deniq; scindat fidelij simplicia corda. De hoc schismate grauissimo
 uaticinans dominus Iesus in euangelio secundum Matthēum, dicit,
 Si quis uobis dixerit, Ecce hic Christus aut illuc, ne credatis. Exorien-
 tur enim pseudochristi & pseudopropheṭæ, & edet signa magna atq;
 prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi. Ec-
 ce, prædixi uobis. Si ergo dixerint uobis, Ecce in deserto est, ne exea-
 sis: ecce in penetralibus, ne credatis. Sicut enim fulgor exit ab Orien-
 te, & relucet usq; in Occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Vbi
 cunq; enim fuerit cadauer, illuc congregabūr aquilæ. Proinde nos, Euāgelica
 qui ab aduersarijs cōtumeliosissime hæretici appellamur & schisma doctrina re-
 tici, hac Christi doctrina, ueteri utiq; non noua, cōfirmati, dispersum colligi inu-
 domini gregem recolligere in unitatē doctrinæ & sanctissimæ uni-
 tatis, ad unicum pastorem animarum nostrarum Christum, satagen & societas
 tes, prædicamus, unam modo esse sanctam catholicam ecclesiam, san-
 etorum communionem, cuius caput sit Christus, nō Papa, Christus
 inquam præsens, non absens, ecclesia, unde nullius egeat uicarij. In
 hoc Christo uero deo & homine, salvatore mundi & domino uni-
 versorum, docemus omnes thesauros sapientiæ & scientiæ recondi-
 tos, oranem deniq; plenitudinem inhabitare, de cuius plenitudine
 accipiant omnes. Non enim aliud nomen datum est hominibus, in
 quo oporteat saluos fieri, nisi nomen IESU CHRISTI. Suademus
 ergo omnibus nostræ fidei creditis hominibus, ne in ullo alio qua-
 ranu salutem, iustitiam, absolutionem, uitam, Vnicum Christum has-

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

bere omnia uitæ & salutis, unicum sufficere omnibus credentibus
Docemus huius merito seruari quotqt seruan: hunc suos credentes
plenissime absoluere à pœna & à culpa, huius uon Papæ pedes exo-
sculari, & Christū non Papā in spiritu & ueritate adorari oportere.
Docemus item ad regulā & institutionē euāgeliū filij dei omnem ho-
minum uitam esse informandam: Christo uotum in baptismō nun-
cupatum fideliter & pie esse persoluendum: hunc colendum purita-
te fidei, charitatis, spei ac innocentiae: hunc esse in omnibus inuocan-
dum: huic omnia bona accepta referri oportere: hunc esse intercessio-
rem & sacerdotem apud patrem in cœlis unicum: huius solius sacri-
ficio & uictima perfici sanctos in perpetuum: per hūc omnes creden-
tes effici fratres filios dei & conciues sanctorum, &c. Sic inquam re-
colligimus palantes oues ad pastorem Christum, sic redintegramus
discisa corda, sic ad unicum fontem omnis gratiæ, ad ipsam patris sa-
cientiam aberrantes reducimus, cuius solius uocem audire, & ab ipso
totos eeu uno uite præsidio bonorumq; omnium thesauro opulen-
tissimo dependere iubemus. Itaq; non sumus schismatici, non diuidi-
mus ecclesiam, sed in Christo per fidem & charitatem eeu glutinum
tenacissimum, unitatem & fidei & ecclesiæ conseruare omnibus mo-
dis studemus. In te potius ac tuis hæreticelus, quod nobis affricare
uoluisti Cochlee. Vos populū dei ex uno ouili Christi in diuerfa se-
starum agmina dispergitis, contra manifestū Christi mandati euani-
gelicum, Nō uocemini magistri, quia magister uester unus est Chri-
stus. Item, Fiet unum ouile & unus pastor. Resipisce ergo amice ma-
spersum cor, ueni in catholicam sanctorum ecclesiam, recipe simpli-
cem fidei doctrinam, complectere Christum, agnosce te in Christo,
ut in summa & compendio summi boni, à patre omnia uitæ ac salu-
tis accepisse, ac uiue in æternum nobiscum.

Quid retinetur in unitate catholice ecclesiæ. Inter alia uerbis recenses S. Augustini, quæ retineant te in societa-
te catholicæ ecclesiæ. Cæterum illa ipsa quæ S. Augustinū nunc reti-
nuerunt, me nunc quoq; & omnes fideles in societate catholicæ reti-
nent ecclesiæ. Neq; enim recessi unquam ex eius consortio: licet ab
ecclesiæ Romanaæ superstitionibus, doctrinis prauis & abusibus re-
cesserim atq; recedam. Recenses episcoporum Romanorū sere XL
successionem. At ne cum his quidem male mihi conuenierit: qui si re-
uiuiscerent, & Pontifices Romanos, quibus hodie dicuntur gubernato-
rū mandata ecclesiæ, cernerent, nunquam agnoscerent, sat scio,
pro successoribus. Sæpe aliás testatus sum me non damnare omnem
antiquitatē, & omnes ecclesiæ Romanae antistites, atq; adeo ne ipsam
quidem

quidem ueterem Romanam ecclesiam. Addis, Si tenuit in sede Petri & Romana ecclesia successio sacerdotum uix bene XL. quanto iustius, obsecro, nos tenere deber in eadem sede & ecclesia, tam longa & numerosa pontificum, ex certa serie, successio. Nam ad nostra hæc usq; tempora numerare uere possumus plures quam 230. Fateor sane ad Gregorium usq; magnum, & post eum aliquot fuisse pontifices, & doctos & sanctos uiros, quorum pietas merito collaudatur in eccllesia sanctorum, & cum quibus non male cōuenit omnibus bonis. Sed addo, maiorem numerum, inter postremos maxime, impios, satilegos, crudeles & spurcos fuisse nebulones, omnis religionis & pieratis hostes, ueluti decebat magni Antichristi membra longe decenissima: cum quibus nemo pius, nemo Christum amans, ullum cupit habere consortium: ad quos nulla nos posse referri successione gaudemus, ne uidelicet cum ipsis parum Christiani uideamur.

Et cum hæc ita habere nemo sit qui nesciat, miratur tamen aduer Quid rei
farius cur non redeamus in gremium sacrae Romanæ ecclesiæ. Siqui neat quo m.
dem, Quid tenet uos, inquit, quo minus ad ecclesiæ Romanæ unita mus redeas
tem & obedientiæ redeatis? Visne dicam? Paucis sane explicaro. Re- mus ad uni
tinernos Romanæ sedis impieras superficioq; & quod illis rebus ca- tatem Ros-
ter, quæ commendabilem reddiderunt aliquando priscam illam: re- manæ ecclæ
tiner corrupta eius doctrina, sacrorum nundinatio & prophanatio, siæ.
Simonia sacrilega, ueritatis item persecutio grauis, pertinax impiera-
tis & fœdissimorum errorum defensio, uita deniq; pœnitere nescia,
nihilq; habens Christianismi, sed Epicureismi plurimum, id est mo-
res illorum spurci, fœdi, crudeles, atroces, abominabiles. Habes quid
nos retineat, quo minus ad Romanæ ecclesiæ, quæ hodie regnat, u-
nitatem & obedientiam redeamus. Merito autem nobis exprobra-
res defectionis crimen, si salua adhuc puritate doctrinæ Christi, mo-
rum tantum corruptione offensi, renunciata ecclesiæ societate, tran-
sijsemus in partes nouas. Sed cum palam sit in sede illa pestilentia,
ut summam conscelerationē, ita non tantum corruptam doctrinam,
sed sanæ etiam doctrinæ euangelicæ ter sacrilegam regnare damna-
tionem, quid nobis discessionis ab ecclesia Christi crimen obijcitur?
Non essemus membra ecclesiæ Christi catholicæ & orthodoxæ, nisi
ab illis seiuengeremur, qui ut turpissime contra leges Christi uiuunt,
simoniā turpissime exercent, ita Christi doctrinam hæreseos con-
demnāt, & crudelissime persequuntur. Nec scio an uspiam gentium
& dominatio fuerit, quæ in sanctos exquisitiore inquisierit uigilantia,
& animaduerterit in deprehēsos festinanq; & crudelius, quam Pa-
pa coniurati. Simul enim atq; audiunt aliquem habere librum No-

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

ui testamenti nuper translatum, aut missitasse aliquid cōtra ipsorum
impietatem, tyrannidem, effrenemq; libidinem, euestigio rapitur ad
carceres, protinus & in ignē coniicitur, torusq; à terra aufertur. Alio/
qui scias nos non usq; adeo esse morosos, qui ob morum dunitaxat,
grauiā licet, uitia, scindendā putemus ecclesiæ unitatem. Rursus non
usq; adeo stolidi et ignavi sumus, qui propter hypocrisim & speciem
sanctimonij quamuis, uel propter suavia uerba & promissiones am/
plissimas, facile sinamus nobis à quoquam acceptam à Christi gra/
tia extorqueri libertatem fidei q; puritatem. Simul et licet pontifex, si/
mulent cum Cardinalibus Episcopi & prælati, se se de Reformatio/
ne competenti, ut uocant, per generale Consilium, consulturos, mo/
do nos positis nostris doctrinis & ritibus prius redeamus ad obedi/
entiam sedis: nos tamen non aperiemus lupis illis grauissimis, ouil/
lum & pastorale quiddam sibi sumentibus, ouilia Christi, non pro/
demus semel concessam nobis à principe pastorum & ecclesiæ Chri/
sto, ueritatem & libertatem. Dominus adsit nobis perpetuō, & liber/
ret nos à mala.

Tigurinorum ecclesiam ueram esse Christi ecclesiam, & de antiquitate eius
primisq; doctoribus. Cap. XXVIII.

Series &
successio sa/
cerdotum.



Nterrogat iterum Cochleus, Quæ est apud uos longa
series, aut certa successio sacerdotum, in fide sibi per om/
nia consentientium? Respondeo, dominum Iesum & a
postolos non potuisse successiones sacerdotum longas
indicare. Caiaphas & Annas arrogabant hic sibi omnia: nihilomin/
us colligebant deo patri, per uerbum ueritatis, ecclesiam. Similitudi/
ne quadam doctrinæ morumq; æqualitate poterant prophetas & sa/
cerdotes pro se priscos adducere. Ita uero, licet peccatores sumus, pro
nobis tamen ueteres ecclesiarum antistites possumus allegare iuxa
similitudinem fidei & doctrinæ sanæ. Quinimodo pastorum principis
filijq; dei discipuli & ministri sumus. Intramus enim per ostium in
ouile ouium, non ut mactemus, sed ut pascamus. Neq; cupimus, qd
modo diximus, successione nos referre ad illos, qui nec doctrinæ syn/
ceritate, nec uirg innocentia, uel mediocrem laudem meruerunt. Sed
quid laudem dico: cum nunquam possint seipso à corruptissimæ do/
ctrinæ uitæq; spurcissimæ macula expurgare. Certissimum & infal/
libile successionis in ecclesia Christi legitimæ, uerorumq; pastorum
signum est, sinceritas doctrinæ. Nam a fructibus, ait dominus, agno/
sti ecclesiæ scitis eos. Certissima ueræ Christi ecclesiæ signa hæc sunt, si uera &
signa. Sincera fide perseveret in doctrina apostolorum: in usu & exercitu

sacramētorum sancto & legitimo: in precibus synceris perpetuisq,
& in communicatione, charitate uidelicet, pace longanimit̄ patien-
tia. Has enim sanctæ ueræq Christi ecclesiæ notas certas & infalliblē
les designauit beatus Lucas euāgelista in actibus apostolorum. Sed
& Lāt̄ius scriptor uerutissimus Institut. lib. 5. cap. 30. Sola, inquit,
catholica ecclesia est quæ uerum cultum retinet. Hic est fons uerita-
tis, hoc est domicilium fidei, hoc templum dei: quo si quis non intra-
uerit, uel à quo si quis exiuerit, à spe uitæ ac salutis æternæ alienus est.
Sed quia etiam hæretici suam catholicam ecclesiæ esse purant, scien-
dum est illam esse ueram, in qua est religio, confessio & pœnitentia,
quæ peccata & uulnera, quibus est subiecta imbecillitas carnis, salu-
briter curat. Hæc Lātantius. Cum autem hæc omnia & singula in
Tigurinorum ecclesia, per gratiam dei, inueniantur, certum est hanc
ueræ esse Christi ecclesiæ, licet nulla certa & longa serie possit enu-
merare sacerdotum successionem.

Verum pergit hanc aduersarius omnibus dotibus spoliaram, nu-
dum & confusam impiorum ludibrijs obijcere. Rogat enim, Quis Dotes eccl
apud uos ordo? quæ authoritas? quæ obedientia? quæ disciplina? qua si.
lis conuersatio? &c. Ordo apud nos legitimus est, & satis pulchre di-
gestus. Authoritas adeſt iusta, & bonis omnibus reuerēda. Obedien-
tia item fidelis et sancta. Disciplina quoq Christiana. Hæc omnia ex
uerbo dei petita, per uerbum conseruantur, & omnem uirtutem &
gloriam suam ex uerbo dei habet. Quod si aduersario ex uita & con-
uersatione iudicium fieri placeat, legem hanc non recusamus. Qua-
lescumq enim simus, gloriari tamen nobis meliori iure licer, quam
quos aduersarius beatissimos sanctissimosq prædicat. Verum no-
lumus de rebus nostris splendidius disferere. Norunt quibus res no-
stræ non incognitæ sunt, & qui uerum fati uolunt, neq irreligio-
sos & carnales nos esse, sicuti criminatur aduersarius, neq episcopos
& presbyteros nouo apud nos more creari, sed prisco uereq aposto-
lico. Atqui oportebat Cochleum, siquidem uere ab Antichristo ad
Christum conuerit uolebat, non ministros spectare, sed ipsum domi-
num: non fragilitatem humanam, sed uerbū et ueritatis inuitam uir-
tutem. In nobis adeoq in omnibus hominibus, licet fidelibus, sem- Vnde acce
per quod culpari queat, inuenier in Christo domino, quem prædica perit reli-
mus, & cui credimus, ad quem deniq omnes attrahimus, omnia sunt gione & fi-
nibus, summeq perfecta. Hunc unice spectet, in hunc se totum dem Christianam T̄
conciat Cochleus, siquidem uere saluari desiderat.

Tandem uero, Vnde, inquit, accepistis uos & maiores uestri fidem gurina eco
& agnitionem Christi, doctrinam, obseruationes, & ceremonias re- clesia.

AD IO. COCHLEI LIBELLUM

ligionis Christianæ, nisi à sede apostolica & Romana ecclesia? Ita tū quidem sentis Cochlee, aliud uero tibi referam. Antequā ulla esset celebrata consilia generalia, antequā inuentum eset illud, quod hodie regnat in Romana ecclesia, doctrinæ & ceremoniarum genus: antequam salutareetur Romanus episcopus, generalis siue uniuersalis omnium ecclesiarum pastor, caput ecclesiæ militantis, & vicarius Christi Iesu, Tigurina ecclesia fidem & religionē Christi receperat, eratq; uera & legitima Christi Iesu ecclesia, fundata uerbo ueritatis, non ullis consiliorum hominūm placitis. Vetus enim narratio est Aegyptios homines, Thebeæ legionis socios, Felicem, Regulam, & Exuperantium, fideles Christi præcones, imperantibus imo saeuenib; Diocletiano & Maximiano Augustis, circa annum domini CCC, superatis Alpibus, per agrū Claronensem, uenisse Tigurum, Tigurinisq; hominibus, tum quidē ex institutione & traditione māiorum suorum, idololatris & gentilismū colētibus, ueram religiōnem, fidem & salutem in Christo prædicasse, prædicationemq; sub Deo proconsule siue præfecto castrī ueteris Tigurini, sanguine suo, per martyrium fortiter confirmasse. Tigurina ergo ecclesia originem fidei Christianæ & religionis ueræ, siquidem ad loca & homines referre oportebat, non ad Papam, non ad Romam, sed ad S. Mar-
cum euangelistam, qui primus Aegyptiū euangeliū prædicauit,
& ad Alexandrinā Aegypti Thebaidosq; primariam ecclesiam, imo
ad ipsam Hierosolymitanam, unde primum Marcus prodijt legatus
domini Iesu (siquidem numeratur ab Epiphanio inter LXX. do-
mini discipulos) referet. A martyrum autem salutari prædicatione
& martyrio fuisse Tiguri ecclesiam Christi, & eam non defecisse, id
maxime arguit, qd circa annum dñi 503, imperante Anastasio Augu-
sto, Dux militū Suevæ Rupertus, regis Francorū Lodouici magni,
quem Clodouē pulchrum cognominant, & consanguineus & mi-
nister, Tiguri fidelii cœtum reperit, cui & ecclesiam (templū puto)
cōstrui, & eum in parœtiā siue parochiā recolligi curauit. Durauit
ea institutio salutaris ad ætatem usq; Caroli magni, annos nimilitum
298. Carolus uero circa annum domini 810. consilio episcopi sui
Theodori, parochiam Tigurinæ ecclesiæ uenustissimam, murauit in
Præposituram Canonicorumq; collegium: quod tamen in sequen-
tibus aliquot seculis agro Tigurino viros dedit & pios & doctos,
qui uerbo ueritatis & sacramentorum administratione inservie-
runt sanctæ dei ecclesiæ. Omnes enim & singuli præpositure Tigu-
rinæ canonici prædicabant tunc quidem & sacramenta administra-
bant, ex æquo pastorali fungentes officio, donec sub Berchioldo Za-
ringensi

tingensi duce & rectore Burgundiæ, pastori siue plebano certo, & ē canonis delecto, pastoralis demandaretur cura. Id quod sero tandem factum constat, anno nimirum domini 1187. quemadmodum in diplomatis & instrumentis ecclesiæ nostræ uerustissimis continetur. Ea nesciuit haud dubie Cochleus, legit autem in Chronicis atq; historijs Clementem quendam, qui & Vuillibrordus appellatus est, à Germani & Sergio Papa per Heluetios missum ad Fresones prædicatum Christi paganismo euangelium. Legit fortassis Bonifacij, etiam Vunnifridum dictum, conuersi ad Gregorio 2. Papa ordinatum, & cum mādatis certis (sic utriusq; Christianis restantur epistolæ) missum ad Germanos, quibus Christum prædicta fūnū, rit, quos ad religionē Christianā à paganismo conuerteret, primusq; Moguntiæ sederit archiepiscopus, nomen deniq; Apostoli Germano tum meruerit. Atq; huc facit qd mox adiicit Cochleus, Romanamq; sedem sic inducit loquentem, Fuerūt maiores uestri plus minus 800. annis mihi obedientes & subditi. Totidem enim anni ab ætate Bonifacij hucusq; numerantur. Nam certo constat Bonifacium hunc à Papa Gregorio missum esse in Germaniam anno domini 720. Plausissimum itaq; est Tigurinam ecclesiam recepisse & retinuisse Christum dominum & religionem Christianam annis 420. priusquam hic Vunnifridus ueniret in Germaniam ac Germanos conuerteret ad Christum, atq; utinam non etiam ad Papam. Cuius quidem rei non modica uestigia reperiuntur in Gregorij & Bonifacij epistolis. Certe Tigurina ecclesia semper, etiam à Pontificibus Romanis, numerata est inter primas ac uerustissimas Christi ecclesiæ. Possemus super hac re proferre diploma Ioan. 22. Pontificis. Sed hęc haec tenus. Plura ubi necessitas postulari dabimus.

Quod post hęc per dialogismos inducit aduersarius Romanam Hierosolymæ ecclesiam cum nostra imo cum Germanicis ecclesijs omnibus expo-
stulantem atq; dicentem, Quid habetis de Christo & eius euangelio ma non Ro
quod à me non accepistis? Ego, nō Græcia, non Antiochia, non Ale- ma mater
xandria, non Hierosolyma uos genui: ad meam, nō ad orientalium omnia ec
patriarchales sedes, omni iure pertinetis. A mea non ab illorum sedi
bus episcopos accepistis. Quicunq; aliunde subintrant, non pastores
& episcopi, sed sues sunt & latrones, &c. euincit miserum imo teme
tarium hominem magna iudicij inopia et maiori affectuum morbo
laborare. Zacharias propheta cecinit longe aliud carmen, dicens, In
die illa effluent aquæ uiuæ de Hierusalem, dimidium earum ad ma-
re anterius, dimidium uero earum ad mare posterius, eruntq; tam in
æstate q; in hyeme. Eritq; dominus rex super omnem terram. In illo
die erit dominus unus, & nomen eius unum, Præcinuit & Micheas

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

in hęc uerba, Futurum est postremis diebus, ut mons domus domini præparetur in uertice montium, eleueaturq; ipse supra colles, confluentis ad eum populi. Tum ibunt gentes multe & dicent, Agite ascensionis in montem domini, & ad domum dei Iacob: is nos uias suas docebit, ut in semitis eius ambulemus. Quoniam lex ē Zion egreditur, & uerbum domini de Hierusalem. Hierosolymorum ergo ecclesiæ, si ulli debenur illa prærogatiua, deferenda est ea gloria, quam turpissimus adulator Cochleus, corruptissimæ Romanorum tribuit ecclesiæ. Quinimo edisserat mihi Cochleus, unde primitiuæ Romanorum ecclesia euangelium Christi accepérat? Nónne à Hierosolymorum ecclesia? Cur itaq; suppresa & conculcata hac solā iam cupit regnare Romæ? Multo iustius nostra poterit ecclesia iurgari & expostulare cum Romana, non præsca illa, sed nouitia & defectrice, Ego ab Alexandrina & Hierosolymitana Christi ecclesia per fideles ministros & sanctos dei martyres accepéram synceram Christi doctrinam & fidem: uerum hanc tu mihi per temporum successionem artibus subduxisti, & corruptam supposuisti doctrinam, unā cum confusissima ceremoniarum turba. Misisti legatos, qui loculos pauperum expilando euacuarunt, diuites autem & potentiores muneribus ruperunt, qui deniq; bella concinnarunt, & ciuium hauserūt sanguinem. Cum martyrum & primorum euangeli præconum tuba resoneret, adhortabatur optimus quisq; proximū suum, iuxta illud prophetæ, clamitans, Age ascendamus in monte domini, & ad domum dei Iacob, is nos uias suas docebit, &c. Vbi uero classicum apud nos cecinit legatio Pontificis, diuersum planè euenit. Querebatur S. Bernardus sua ætate, hoc est ante annos 400. ex toto orbe Romanam confluere ambitiosos, auaros, Simoniacos, sacrilegos, concubinarios, incestuosos, et huīus generis reliqua monstra, ut apostolica autoritate uel obtinerent honores ecclesiasticos, uel consequitos retinerēt: frau dem, circumuentionem & uiolentiam inualuisse. Clamat plenā esse ambitiosis ecclesiam, nec esse qui magis exhorreat flagitia perpetrate, quā latrones in spelūca cum spolia uiatorum distribuunt. Quis autem nesciat hodie omnia in deterius prolapsa, longe esse abominabilia? Quod itaq; defecimus à nouitia illa impietatis, superstitionis, errorum & scelerum refertissima Romanorum ecclesia, uera urbam occuper, ut nulla spes sit inde posse peti ueterem & synceram doctrinæ & rituum formulam, scripta reuocauimus apostolorum: eamq; ad ipsa nostrā reformauerimus ecclesiam, libere & sancte nos
bis

bis gloriari licet nostram nos doctrinam, nostros nos ritus sacros, non ab ipso Pontifice Romano, neq; ab urbe Romana, sed ab apostolis adeo q; ab ipso Christo domino sapiētia patris, & omnium ecclesiārum summo principe, habere. Intrauimus ergo per ostium in ouile ouium: tu qui per Simoniācum Papam & aliunde uis in ouile domini irrepere, adde & irrumpere: uide ne furibus & latronibus, quibus nos coniungere uoluisti, annumereris.

Quæ sit facies, quæ corruptio ecclesiæ Papistica, ac quo ordine, quo modo, quibuscue ex caussis reformatio Tigurinæ ecclesiæ capta atq; perfecta sit.

Caput XXIX.

 Aec ut perspiciantur plenius & cognoscatur certius, paucis & per compendium adumbrabo quo ordine, quo modo, quibuscue ex caussis reformatio ecclesiæ Tigurinæ cœpta sit atq; perfecta: quo simul elucescat ecclesiæ nostram nihil egisse hic temere contra uerbū æterni dei, neq; nos peccasse contra leges imperiales, neq; loci ordinarium superbè præteritū atq; contemptum, neq; ullis æquis legibus, uti obijicit aduersarius, repugnatum esse, nisi imperiales leges recte facere prohibeant, ipsamq; pietatem proscriptant. At si hoc faciant, quis nesciat tum maxime illud Petri dictum ualere, Oportet deo magis obedire q; hominibus?

Ac præstatinitio paucula repetere, atq; commemorare qualis anteaceptam reformationem fuerit generalis ecclesiārum status papistica tum, qualis ratio atq; facies. Hinc enim colliget æquis & pius lector, non nisi grauissimas ob caussas cœptam esse reformationem, immo necessitatē publicam, saluē communem, & pietatem uere Christianam compulisse ecclesiām nostrā ad eam, quæ recepta est, reformationem. Doctrina enim euangelij sincera & scripturarum canoniarum legitima & religiosa expositiō, quæ primas merito te-
corrupta.
net in ecclesia Christi, præ alijs corrupta in ecclesijs papisticis, uel prorsus iacuit neglecta, uel spinosis peregrinisq; obrura questionibus, hominumq; argutis & traditionibus, clarum ac natuum fulgorem ecclesiæ reddere non potuit. Nam in publicis ad plebem conationibus rara fuit mentio meriti, hostia, mediationis, redemptionis gratuitæ, & iustificationis Iesu Christi domini nostri per fidem. Prædicabatur quidē historia passionis domini, sed obscurabatur interim meritum Christi, per digressiones, additiones & expositiones patrum ad rem facientes, perq; immodica præconia meriti humani. Nemo deniq; aut paucissimi ex animo quærebant Christum, paucissimi unice respiciebant in hunc gratiae thronum, uni tribuentes uitæ & salutis in solidum omnia, ab unico relictis oīnibus alijs præsidijs dependentes,

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

cen ab illo fidelī clano Danid, à iugi gratiarum fonte, perfectissimo supremo bōno. Recitabatur à pastorib⁹ euangelij certa quædam brevisq⁹ portio, sed à paucissimis explicabatur quod quisq⁹ thema si bi deligeret, quod post recitatum euangelium in partes fusius didu- cens persequebatur. Eruditiores & qui uideri uolebant subtiliores, colligebant sibi certas ex Decretis & Decreralibus, ex Magistro sen- tentiarum & scholasticis summarumq⁹ scriptoribus, Alexádro, Tho- ma, Scoto, similibusq⁹ authoribus sententias, disputationes atq⁹ mate- rias, uti appellabant, quas ual⁹ nullo cum fructu recitabant, cum quod impeditius de rebus impeditis differerent, tum quod de rebus nihil ad pietatem pertinentibus frigidissime disputatione. Vulgus au- tem sacerdotum & parochorū & uicariorum, promiscua deniq⁹ mo- nachorum turba, ad uerbum ferē edidicit conceptos & præscriptos sermones ex sermologis (sermologis dixisset alius) uelut ex Iaco- bo de Voragine, ex Discipulo uel Dormisecure, ex Parato, ex Pome- trio Pelbarto, ex Messreto aut ex alio adhuc ineptiore collectore Po- fullatore rapsodoue: imo non pudebatoe fabulas illas & plus q̄ ani- les nærias recitare ad uerbum, quas uanissimi homines scriptas reli- querunt in Promptuario exemplorum, in Legenda aurea, & Lam- partica historia, &c. De dogmatibus dixi quædam in cap. 27. De im- pudenter mendicantium, de quæstu augendo, de oblationibus & si- milibus mercibus, in quibus bona concionum pars consumpta est, nihil nunc dicam. Quod enarrationem scripturarum attinet, rarissi- ma, indiligēs & duntaxat perfunctoria ea fuit. Omnis ingeniourum uis, omnis facultas intendebaratur in Scoti Thomæq⁹ argutias expli- candas. Prælegebatur in scholis multo maioru diligentia sententia- rum 1111. liber, & explicabatur ex commentatoribus innumeris, una- Biblicus do cum summa doctoris sancti, q̄ sacro sanctum Christi Iesu euange- stor simpli- lium: imo pro simpliciano, ut aiunt, non pro arguto & sublimi theo- cianus. logo habebatur, si quis in Biblijs duntaxat, non etiam in scholasticis tricis esset exercitatus.

Corrupta Cœna do-
mini. In usu Sacramentorum, Cœnæ potissimum dominicæ, quanta fue- rit prophanatio, adde & nundinatio, quam longe lateq⁹ recefsum à simplicitate & puritate ac institutione prima, nemo paucis explica- rit. Applicata est ferē mortuis. Viuis non ea lege eoq⁹ modo, quo in- stituit Christus, communicata est. Valde agrauat fuerunt consciencie per articulum transubstantiationis corporalisq⁹ Christi in pane & sanguinis sub uino præsentiae: parumq⁹ religiose iactabant impu- rissimi quicq⁹ sacrifici se dominum in manus suas certe pollutiſſimas & cœlis conceptis euocare imo compellere uerbis. Quid autem pluri- bus

bus opus est? Cœna postremis nostris temporibus & proxime precedentibus facta est que^tuosisima cleri nudinatio. Adhibita est morbis curandis ferè omnibus: celebrata denique contra omnis generis calamitates. Si quis peregrinationem instituisset, ut ea felix esset & fusta, preio Missam mercabatur à sacrifico. Mercator, miles, opifex, usuarious, raptor argenti impostor Missam redimebat à monacho, quo feli*cus* quod instituerat, caderet.

Porro preces, obsecrations, inuocationes & gratiarum actiones, *Corrupta* non tantum deo creatori & patti omniscio & omnipotenti, per Iesum *oratio sana* Christum, oblatæ sunt, sed communicatae quoque creaturis, oratum est *ororum*. denique per interuentum & nomina diuorum: imò paucissimi per solius Christi nomen patrem cœlestem, uiluitque prorsus satrosanctum Christi Iesu sacerdotium, quod unice in ecclesia catholica, singulorumque fidelium cordibus florere debebat. Præterea preces in certum redacta numerum, plebi sunt à clero diueditæ. Lectæ sunt legende, fabulis non absimiles, pro sacris literis palam in templo. Letionum turba multiplex & prolixa, cantus item operosus, & strepitus instrumentorum musicorum, prædicationem uerbi dei & synceras sanctorum orationes, impediuit magis qui iuuit. Quid quod omnina cleris in templis recitauit (id quod omnem sanè insaniam superat) peregrina lingua, quam non raro ne ipsi quidem recitatores intellexerunt, tantum absuit ut potuerit uulgi devotionem, ut aiunt, excitare?

Iam quæ dominus maxime uoluit in sua uigere & florere ecclesia, *Corruptus* innocentia iustitiaque studium, charitatem proximi, misericordiaque *dei cultus* opera, frigide & rarissime commendata sunt ecclesiæ à plariscque pauperibus. Ardentius disputatum est de ornandis sacris ædibus imaginibusque uestiendis, de sacrilegijs, usura, furtis, rapinis & reperiis, clero & ædibus sacris, sub restitutionis specie, consecrandis. Sed & ethico more inuocati sunt mortui, statuati mortuis erectæ, ararum, sacerlorum & phanorum nullus est numerus, ad quæ ex orbe undique concursum est conseruit. Huiusmodi idololatrias & superstitionis cultibus, ceremonijs denique ineptis & nimis omnia templo omnia referunt uel hodie collegia. Ad hæc adorabatur Pontifex Romanus, ueluti plenariam potestatem habens in cœlo & in terra. Salutatur etiam hodie pro Vicario Christi: illius pedes osculantur, qui nesciunt quid sit osculari apud prophetam uel manum uel filium. Ac transfluit & mutauit hic æterni dei leges & ritus apostolicos, suos, id est à inventos, substituit: omnibus & singulis ecclesijs cum potestate mandauit. Eius auspicijs cœpit per indulgentiarum negouationem di-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

uendi meritum passionis domini, & sanguis sanctorū Christi martyrum. Instituta sunt nihilominus in diem ceremoniæ nouæ, noua facella, noui cultus, noua idola, nouæ fraternitates, noua festa, noua passagia, adeoq; nullus fuit innouationis ac superstitionis uel finis uel modus, quæ deus ille terrestris confirmauit, largisq; donans indulgentijs ueluti illustrauit, tenebras nimitem umbris. Quibus ac cesterunt signa & prodiga stupenda, quæ idolomanij ministri, quo plus inde quæstus esset, omnibus modis exornarunt. Simul autem creuit sacrificorum & monachorum iners turba, de qua dubites indotiorne fuerit an irreligiosior: simul inualuit cum his & impuritas uitæ. Nam supra, adulteria, scortationes spurcissimæ, & his fœdiores libidines regnarunt in clero: proscripta uero in exilium ablegata est coniugalis castitas. De dignitate uita politice obedientiaq; iusta, & bono coniugali, nemo ferre pro dignitate disserebat: monastica tantum uita obedientiaq; & immundus ille cœlibatus supra cœlos esse rebatur. Vnde factum est, ut nobilissimi quiq; & opulentissimi ferre in orbe homines facultates suas consecraret clero & cœnobij. Itaq; factum, ut maxima pars facultatum orbis Christiani, census, fundi, prædia, proprietates atq; dominia cesserint Papæ, sacrificis & monachis, opprimeretur autem urbium populorumq; libertas, multiplicantur pauperes, aut mancipia fierent cleri. Nihil dum dixi de seru pulosa illa auriculari confessione, & satisfactionis perfectione, quibus mirum est, quam diuexatæ & omnigenis tormentis excruciatæ sunt bonorum hominum conscientiæ. Hæc autem fuit facies, & nunc quoq; maneret apud multos, papisticæ ecclesiæ, uincunq; à nobis depicta hucusq;. Quædam enim attigimus, non omnia notantes cognauimus aut descripsimus, pro dignitate imo pro indignitate rei. Quis enim unus, uno aliquo libro, licet copiosissimo, altissimâ hanc exhaustat sentinam?

Collatum Valde autem indoluit optimis quibusq; uiris, & dolet etiamnum cum episco horribilis hæc ecclesiæ & omnium sacerdotum prophanissima corruptionis derefor pio uastatioq;, ideoq; corporū nonnulli non sine suspirijs diuinum implorare auxilium, & querelas atq; consilia sua cum fidis conferre ecclesiæ. communicareq; amicis. Inter quos & beatæ memorie Huldrychus Zwinglius, cum adhuc ageret in Marij Heluetiorum eremo, circa annum domini 1516. & 17. conferre coepit & disputare cū D. Matthæo Card. Sez. Cardinali & episcopo Sedunensi de ecclesiæ corruptione, de huma-

dum, natum traditionum erroribus, deq; grauissimo ceremoniarum pondere, pios nimium opprimente, simulq; monere ut ceremoniarum abusuum errorumq; ingentem uim, paulatim tollere aggrediantur, qui

Qui sibi gubernationem sumunt in ecclesia. Hoc enim nisi fiat, illam aliquando nimio pondere nutantem ac depressam, maximo cum tu multu & fragore ruituram. Idem ille anno domini 1518. Tigurum Zwinglius (qui prius Claronæ & in Eremo Heluetiorum Mariæ Christum do euerat) uocatus legitime ad pastoralem ecclesiæ curam suscipiédam, catur. unâ cum anno XIX. incœpit publice è sacra cathedra, ecclesiæ iam suæ fidei concredite enarrare euangelium secundum Matthæum, ue ramby Christi gratiæ gratuiꝝ & redemptionis beneficium cognitio nemiq; instillare. Id cum magno animi studio & frequenti totius ecclesiæ concursu ficeret, uenit Roma à Pontifice missus Franciscanus Samson quidam monachus Samson Mediolanensis nuguendus, hoc est in Mediola dulgentiarum pontificiarum preco, grandis belua, & os impudens. nensis. Prædicabat hic sanctissimum & beatissimum illum patrem gratiarum aperuisse fontem, plenariamq; peccatorū remissionem deriuasse ad Heluetios, ad eos inquam, qui oblata salute uti cupiant, & prompta redimant pecunia. Idem ille nebulo & Antichristi electū organum, prædicabat animas iam olim à corpore solutas, nunc proxima indul gentiarū beneficio, è coemiterio euolare ad celos: additis his etiam uocibus, Ecce uolant, uolant. Idem haud difficultem sese præbebat ijs quoq; qui committendorum in posterum scelerum postularent uiam. Reportabat enim ab hoc deo terrestri, id est ab incarnato dia bolo, quicquid petiſſet sceleratissimus quisq;, modo in promptu ha beret pecuniam. Huic Antichristo, Pontificis uidelicet legato, oppo sit se omnibus uiribus ecclesiæ Tigurinæ pastor Zwinglius, ecclesiā suā fideliter monens atq; adhortans, ab impostore & pseudo propheta hoc sibi ueluti à lue & peste caueat. Beneficiū remissionis peccatorum deberi morti & effusione sanguinis Christi, cœlumq; ipsum nō emi ulla pecunia, sed uera recipi fide in Christum. Ea cum audisset D. Hugo episcopus Constantiæ, literas ad Zwinglium de dit per uicarium suum Ioan. Fabrum, quibus horabatur, ut quod fe liciter cœperat, fortiter exequeretur atq; absoluueret: se nuspian defu turum pericitanti. Quia occasione Zwinglius cœpìt publice simul & priuatim epistolis ac supplicationibus, debita reuerentia & modestia scriptis, episcopi animum solicitare, ueliemētissimeq; urgere, ut euangelica ueritati uere & ex animo faueret, & renascenti adesset, quam cerneret tanto cum successu emergere. Apud Antonium Puccii Romani Pontificis ad Heluetios legatum, idem conatus, hoc diserte ad fecit, se posthac per synceram euangeliæ doctrinam omnibus modis regnum & errores Papæ impugnaturū, quo reparetur regnum Chri sti, postliminioq; ueritas euangelica redeat in ecclesiam.

AD IO. COCHLEI LIBELLUM.

Quid pris Cæterum cum prælati ecclesiastici, quorum maxime intererat sa-
 mis annis lubri ueritatis euangelica medicina morbis mederi ecclesiæ, suum
 prædicarit officium non facerent, & salutem ecclesiæ negligerent, pergit Zuin-
 Zuinglius glius in cœpto semel negotio, ac enarrationi euangelicæ historiæ se
 Tigurinae cundum Matthæum subnexit expositionem Actuum apostolorum,
 ecclesiæ. ut ex ijs disceret Tigurinorum ecclesiæ, qualis nam fuerit apostolica
 ecclesiæ, quomodo fundata & conseruata, quibusue rebus sese exer-
 cuerit maxime. Finitis Apostolorū actis, priorem S. Pauli ad Timo-
 theum epistolam explicauit, quod ea contineret pulcherrimam ueræ
 ecclesiæ œconomiam, moresq; informaret & antistitum ecclesiæ
 & ipsius ecclesiæ. Rursus ne quis à uero fidei scopo aberraret, episto-
 lam S. Pauli ad Galatas exposuit. Nam illa breui compendio conti-
 de fide iustificationis rationem, & omnia ea, quæ cūq; scire refert
 tate Christiana, de ueris operibus bonis, officijsq; sanctorū. Iam ne
 quis dubitaret de pulcherrima doctrinæ apostolorum consensione,
 adiecit illis utrany epistolam S. Petri, totum Christianismum sancta
 sub breuitate plenissime comprehendentes. Quibus protinus subie-
 cit nobilissimam diuinissimamq; S. Pauli epistolam ad Hebreos scri-
 ptam, ex qua discerent omnes, thesauros illos à patre cœlesti in Chri-
 sto Iesu ecclesiæ donatos agnoscere, quod scilicet Iesus Christus ue-
 rus sit deus & homo, salvator & redemptor mundi, quem etiam an-
 geli & omnes creature merito adorant, quod hic sit summus ille ec-
 clesiæ catholicæ princeps, caput, pastor & pontifex, qui unica in ter-
 ris oblata pro peccatis uictima, ascenderit in celos, confederitq; ad
 dexteram patris, ubi nunc intercedet pro omnibus fidelibus, omnes
 accedentes ad plenum saluare perficereq; possit. Ad hunc ergo omni-
 bus accedendum esse per fidem ueram, uinam & solidam quotquot
 saluari & absolui cupiunt: hunc colendum esse charitate, patientia et
 studio innocentia.

Tigurina Nec caruit fructu suo solida hæc apostolicaq; fidelissimi pastoris
 ecclesiæ re- doctrina. Bona enim pars Tigurinæ ecclesiæ conuersa ad Christum,
 cipit euan- in hunc unum omnem spem uiræq; præsidium figere, à Christo so-
 gelium. lo pendere, & superstitiones omnes desplicere, uanaq; nihil iam mo-
 rari amplius cœpit: ut plane Tigurinæ urbi, primariæ Heluetiorum
 ciuitati, & luxu perditissimæ, usu uenisse cordati dicerent, quod Co-
 rintho & Ephœdo euenisce testatur Acta apostolica, que cum & ipse
 idololatriæ & luxui deditissimæ fuissent urbes, ad unius tamen Pau-
 li predicationem conuersæ, resipuerunt, & totis animis Christum re-
 ceperunt. Sathanas uero felici rerum euangeliq; successu exasperatus
 frenedebat

frendebat, indignissime ferens se suo pelli regno, quod hactenus tam
securè obtinuerat: ergo satellites suos instigās armabat ualide in præ-
lium. Acriter itaq; Papæ aliquot iurati, ueritati renascenti sese oppo-
nebant, inter quos maxime eminebat monachi picales. Verum uno
atq; altero congressu facile superati per uerbum ueritatis semper uin-
cens, sibilare desierunt. Ne quid tamen priuato uidetur geri asse-
ctu, utq; satisficeret contradicentibus adhuc euangelio, deniq; omni-
bus & singulis pro papismo contra euangelij doctrinam certare uo-
lentibus, liber ac parens aperiretur cāpus, uisum est Cos. Senatui to-
tūq; Populo Tigurino Synodū conscribere seu conuocare in urbem.
Cōuocabatur ea ad 29. Ianuarij diem anni 1523. Ad eam itaq; undiq;
ex agro uiciniq; ecclesijs confluebat magna cleri fideliumq; copia.
Veniebat & episcopi Constantien. legatio, D. Ioannes Faber, episco-
pi uicarius, comitatus Tubingēn. quodam doctore, & alijs quibus-
dam uiris spectabilibus. Vbi autem in conspectu ecclesiar, ad locum Synodus
esser uentum certaminis, Zwinglius summā doctrinā sua redactam Tigurina
in capita siue articulos aut conclusiones L X V I I . ac anteā etiam uul prima.
garas typis, quo pugnæ cupidi queri non possent, ignorasse se qui-
bus derebus fuerit conferendum aut cerrandum, nunc maxime pro-
posuit, omnesq; aduersarios in certamen prouocauit. D. Faber mul-
tis conabatur synodo persuadere, negotiū religionis gravissimum,
non oportere uel collatione uel disputatione publica in præsentiarū
discuti, sed ad futurum atq; differri consilium, quod uix finito præsen-
ti anno 23. aut saltem circa initium 24. anni, cerē intra anni spatium
foret celebrandū. Cumq; urgeret ipsum Zwinglius, quandoquidem
certo constareret libros uirtusq; testamenti canonicos, unicam & cer-
tissimā esse regulam, ad quam ecclesia Christi fidelis omnia sua com-
ponere institueretq; debeat: ij autem libri in sancta hac synodo He-
breæ, Græca & Latina lingua exarati præsentes & aperti sint, nunc
itaq; è canonice libris euincat, horrabatur, si quid putet in toto articu-
lorum ordine esse, quod alienum à scripturis, & Christi ecclesia indi-
gnum esse uideatur: respondebat Faber se non in hac synodo, sed co-
ram Vniuersitate aliqua disputaturum. Ad hæc pollicebatur se con-
tra conclusiones 57. scripturum, ostensurumq; illas non esse ortho-
doxas. Zwinglius contrā promittebat se Fabrum uictorem, id est si
præstaret promissa, leporino donaturum caseo. Post Fabrum non in-
ueniebarūt in tota synodo, licet frequentissima esset celeberrimaq;, cœptare a
qui scripturis ueller aut posset conclusiones propositas erroris redar-
guere: uel qui demonstraret scripturas canonicas nō sufficere ad ple-
nam reformationem perficiendam. Sanctus ergo Tigurinæ urbis

AD IO. COCHLEI LIBELLUM.

Restituī et magistratus, finito hoc colloquio, decreto publico cauit ne quis par
pit synceris storum aut concionatorum porro humanas traditiones, pontificum
tas doctrinā decreta, & nugas sermologorum legendarumq; sed synceram dun
taxat Christi ex prophetarum & apostolorum libris, ecclesijs sua fi
dei creditis, prædicando annunciet, utq; omnes sibi in posterū à con
uitijs temperent, legitime, modeste & religiose Biblicalam ueritatem
proferant. Itaç synodus soluta est.

Iam ergo non in urbe tantum, sed in agro annūciabatur Chri
stus, qui & antea quoq; non à paucis fuerat prædicatus parochis. Et
eclesia autem ita uerbo ueritatis imbuta est, ut maxima eius pars, iam
non tantum contemneret abusus & superstitionem, quæ nondum
erat deposita, sed cuperet etiam omnia ea quæ cernebat præter & con
tra scripturam uerbi dei in templis dei uigere usurpariq;, penitus ab
iñcere atq; conculcare. Id cum intelligerer magistratus, ne quid rursus
præpropere & immature parūm uerbo religiose geri uidetur, denuo
in uibem alteram conuocat synodum. Ad hanc uocati sunt episcopi
Constantiæ. Curieñ. Basiliensis, unā cum schola sive universitate
Basiliensi, uocari sunt confederati omnes: sed non uenerunt omnes,
neq; quenquam miserunt episcopi. Nihilominus posterior hæc prio
re multo erat celebrior. Confluebant enim docti & clari viri nō pau
ci, confluebant eccliarum antistites & sacerdotes plus minus ^{D.C.}
Fiebat è scripturis collatio, & præcipue disputabatur continuis tribus
diebus, de tollendis ex ecclia imaginibus, & de abroganda Missa
Papistica. Iterumq; uicit ueritas, ac exactis aliquot diebus, soluta est
synodus.

**Tigurina
Synodus
II.**
**Refinita
plene sync
ritas do
ctrina euā
gelice.**
Noluit tamen festinare & protinus innouare res in ecclia clas
sissimus urbis senatus, tametsi aperte iam ueritatē cerneret, animoq;
teneret, imo placuit ut populus per Vrbes, Comitatus, Prouincias si
ue Praefecturas Tigurinæ urbis ditioni subdiras in fide adhuc ple
nius institueretur, ne quis coactus religionē haec tenus à maiori bus
receptam deponeret, sed uera fide & solida doctrinæ euangelice in
stitutione imbutus, magis sua sponte ac bona conscientia ceremonias
traditionesq; abiñceret, & Christum cum salutari euāgelio reciperet,
recepioq; adhæreret firmiter. Id quo fieret cōmodius ac felicius, con
scripta est pro rudioribus, typis excusa, & omnibus eccliarū etiam
peritisim rectoribus atq; ministris missa, breuis quædam Iagoge
sive introductio in negotium euangelicum, quomodo uidelicet uer
te in pietate ac religione iusta instituant plebem sibi creditam. Scri
pta erat de Lege & Peccato, de Euangilio & Christo, de Fide & Iusti
tia, de Abrogata lege & Libertate Christiana, de officijs Christiano
rum

rum & Obedientia, de Idolis & Idololatria, de Missa & virtute perpetua sacerdotij & sacrificij Christi, similibusq; ueræ religionis capitibus. Ita uero plene tandem restituta est ecclesiae synceritas canonice & sanæ doctrinæ. Nam denuo præcepit clariss. Cos. Senatus Populusq; Tigurinus omnibus ecclesiarum antistitibus canonica dunitat scripturna fundaram doctrinam fidelibus tradere. Inhibuit autem cum scripturis pugnarem doctrinam, quocunq; tandem prosectam hominem.

Cumq; iam ad claram ueritatis doctrinam non pauci illumina- Quomodo
ti, zelo legis dei exardescerent, & paulo importunius idola dei sceret, Tigurini si
senatus populiq; urbani authoritas intercessit. Publico enim edicto stulerunt ido-
cautu est, ne quis priuatus idola qualiacunq; subuerteret (nisi si quis la ex tem-
domi suæ priuata haberet, uel quaæ suis sumptibus atq; impensis fieri posset).
curauisset, itaq; in sua ipsius non alterius essent potestate) usq; dum
quid ab omnibus fieri deberet, a senatu iudicaretur. Hac ergo magi-
stratus de priuatis imaginibus permissione factu est, ut non exiguum
earum numerus ex templis ejaceretur, idq; eorum obedientia & pie-
tate, qui uera fide instruerti pio zelo omnia idola è medio sublata cu-
piebant. Post hanc cursus a senatu ac plebe decretum est, ut singulis ec-
clesijs liberum sit, idola è suis templis exportare, præscripto tamen
certo, quem obseruarent ordine. Iubebantur omnes qui ad ecclesiam
aliquam pertinebant unâ cum pastore suo, in certum coire, & simul
quid de usu idolorum sentiant singuli cōferre: ut si uel omnes simul
uel maior & potior ecclesiae pars, tollenda esse pronunciareret, iam id
commode & sine turbis & sine importunitate exequerentur. Quod
si adhuc maior pars nondum plene intelligat & deberi & posse tolli
idola, pastorem eosq; uerbum dei urgere debere, donec & hæc ec-
clesia unanimi consensu eadem demoliatur. Ut autem hæc publico
senatus plebisq; consulto statuta sunt, sic etiâ ipse magistratus eadem
eodem ordine obseruavit: nec quisquam imperiose ut idola tolleret
coactus est. In urbe enim hæc res sic transacta est. Primum idolorum
sauitoribus certum temporis terminum constituerunt, ad quem usq;
ipsis liceret propria illa sua idola domū asportare. Vnde factum est,
ut rursus magna ex parte idolorum numerus imminguetur. Con-
stituto autem illis tempore elapsò, ex omnib; tam clericorum quam
laicorum siue ciuium numero, trium ecclesiarum in urbe ministros
primos, cum XII. senatoribus è singulis tribubus desumptis, delegit
magistratus, addito simul urbano ædili, una cum fabris lignarijs, fer-
rarijs, aliaq; seruorum manu ad illud opus idonea, qui unâ templa
ingressi, clausis post se ianuis, circa tumultum & importunitatem, o-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

mnia idola sustulerunt, quæ opportunotem pote uel flammis exusta conflagraruunt, uel in alios usus consumpta sunt. Ploræq; uero in agro ecclesiæ magna alacritate, eos qui in urbe erant præuenientes, confessim exuferunt. In urbe certe imagines sublatae sunt. Mense Iunio proximis Natalem D. Ioannis Baptiste præcedentibus diebus,

anno 1524.

Abrogata

Interea pararunt Constantieñ. episcopi doctores librum, quo ido-
quoq; Missa
sa Papisti-
ca. lorum usum in templis Missæq; propugnantes sacrificium, Tiguri-
nae ecclesiæ, Episcopi nomine, suadebant, ne tolleret ē templis Chri-
sti idola, nœc abrogari Missam sineret. Lectus est liber in Senatu &
corā plebe, id est diaconijs, qui ē plebe delecti, plebis nomine omnia
agunt. Cæterum protinus episcopo responsum est, & dissoluta argu-
menta eius. Sicuti testatur responso, quæ typis excusa prosta. Ac post
datam atq; transmissam responsonem, expectatum est mensibus ali-
quot, si quid forte uel episcopus Constantiensis, uel alius ē Papa fa-
milia pro idolis, Missis adeoq; pro toto papismo esset allaturus. At
cum prodiret nemo, qui solidis, iustis eiq; scriptura peritis argumētis
probaret aut demonstraret Missam diuinitus institutam, & eo ritu ce-
lebrandam, quo hucusq; cōsuerum erat, publico Cos. Senatus Popu-
liq; Tigurini decreto abrogata est Missa papistica. Factū id est XII.
die Aprilis, anno domini 1525. Eadem in agro quoq; per urbes, co-
mitatus & præfecturas eo modo eoq; ordine abrogata est, quo ido-
la diximus submota, ut nihil inde turbarū ullo in loco sit exortum.
Breuitati studeo, non omnia prolixius & operosius prosequor: nec
iam refero splendidius quæ his annis scriplerit uulgaritq; Zwinglius,
quibus renascentem iuuaret religionem puriorem. Edidit libri De
claritate & certitudine uerbi dei: alium quendam De ciborum dele-
tu: item Apologeticum ad episcopū Constantiensem: rursus alium
De perpetua deicparæ uirginis Mariae uirginitate: Opus quoq; aris-
culorum expositorum LXVII. alium deniq; De diuina & humana
iustitia: alium De Canonæ Missæ: item De pastore & eius officio: a-
lium Contra Hieronymum Emserum. Commentarios quoq; de ue-
ra & falsa religione ad Galliarum regem Franciscum, &c.

Reposita
meliora.

Exposui per compendium hucusq; initia reformatæ ecclesiæ Ti-
gurinæ, cætera quæ hoc pertinent confignatione duntaxat breuissi-
ma persequens adiçia, ne liber uidelicet crescat in immensum, nœc
sit qui suspectetur electa esse ex ecclesia inutilia & noxia, utilia uero
& salutaria in electorum locum surrogata esse nulla. Nam non de-
sunt hodie qui diruunt quidem strenue, in diruorum uero locū pau-
cula aut nulla ferè substituunt: cum tamen celeberrimo uati dictum

sit à domino, Constitui te hodie super gentes & regna, ut euellas & extirpes, ut perdas & dissipes, ut rediges & plantes. De doctrinæ sa-
næ & euāgelicæ restitutione, deiectisq; loco suo traditionibus & do-
ctrinis papisticis satis annoratum est hucusq;. Ad doctrinā pertinet *Iura episco- palia ecclesie* consideratio reformatioq; pastorū siue doctorum ecclesie. Non po-
tuit ecclesia nostra sperare Constantiensem episcopum doctores ipsi *haec cessa- ordinaturum*, qui synceram, nullo papistico infectam fermento, do- runt.
Etrinam, traderent, &c. renuncians itaq; episcopo, è pastoribus, sena-
toribus & plebe religiosos delegit viros, qui ad canonē apostolicum
1. Timoth. 3. quoties essent ordinādi mittendiq; ecclesijs pastores atq;
doctores, optimos quosq; deligerent, ecclesiæq; senioribus nomina-
rent, ex quibus demum p̄fissimus, doctissimus fidelissimusq; delige-
re tur ac reciperetur, qui mox conuocatis uicinarū ecclesiariū rectori-
bus, per impositionē manū Senioris & publicas ecclesiæ preces inau-
guratus, ecclesiæ curam reciperet. Reuocanus est ab ecclesia nostra &
uerustissimus Synodorum, que singulis annis bis coire consueuerūt,
ritus: quo uidelicet disciplina, censura morum, institutio, admonitio,
correctio, & cōsultatio communis de rebus ecclasticis, uigeat, inq; ecclesiæ incolumitatem uergat perpetuō. Ac celebrantur illæ certis
temporibus magna cum religione, seueritate, uigilantia & cura, sub
præsidentia, ut sic dicam, optimorum quorung; ex pastoribus, sena-
toribus & plebe. Deliguntur præterea annis singulis ferè ab ecclesi-
a nostra, è pastoribus rursus, senatoribus & plebe, uiri prudentes ac
religiosi, qui iudices sint cauillarum matrimonialium. Instituit hoc
in salutem & utilitatem totius reipublicæ, ne uidelicet nostræ fidei
consortium patientia papisticis legibus in episcoporum consistorijs
exercereatur. Licit itaq; loci ordinario renunciarit nostra ecclesia, salu-
taria tamen instituta non abiecit, imo longe rectius & melius ea nūc
habent, quam sub episcopis habuerint unquam.

Missa papistica quid factum sit, iam diximus. Simul autem cum *Restituta*
Missa deposita sunt & ea qua colieret Missæ, sacrificia pro mortuis, *Cana dor- applicatio* Missæ ad omnia & singula ferè hominum uota: subtile *missa*.
deniq; & superuacaneæ de transubstantiatione ac presentia ueri cor-
poris Christi miraculosa præsentia, disputationes & quæstiones.
Cumq; symbolo ueræ fidei & omnibus scripturis traditum & con-
fessum sit, Christum dominū uerum suum corpus subleuasse in co-
los, sedere nunc ad dexteram patris in omni gloria & maiestate, in-
dignissimas iudicat sacrificium uoces illas, quibus sibi potestatem da-
tam iacturant detrahiendi, adeoq; compellendi, quinq; uerborum vir-
tute, uerum domini corpus, in suas ipsorum manus ferè pollutissi-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

mas. Et cum crassas & irreligiosas imperitorum, imo irreligiosorum uoces illas horret, non tamen Christum dominum à Cœna excludit fidelium. Præsentem hunc esse ecclesia, & operari in ipsa omnem salutem credit, præsertim cum fide & charitate instructa, Cœnam peragit mysticam. Manducat fide dominum ecclesia: tibatur carne Christi spiritualiter sumpta, & potatur sanguine Christi uero spiritualiter hausto. Vivit in Christo ecclesia, & uiuit hęc in illo. Nam per inhabitantem in ipsa dominum, idonea redditur ad gratiarum actiones, & ad omne opus bonum. Cessavit itaq; omnis in ecclesia nostra superstitione & quæstus circa salutarem domini Cœnam turpissime & fædissime exercitatus. Nemini ueditur porro cœna domini, nemo mercatur cœnam domini: imo sacrilegiū grande iudicaretur, si quis pro pecunia uel cœnaret, uel prelio cœnam sibi uel suis compararet. Nec abrogauit tantum Missam ecclesia nostra, sed in locum Missæ abiecit & depositum adeoq; restituit Cœnae domini uel Fractionis dominici panis distributionisq; poculi salutaris (sub utraq; enim specie sicut iussit dominus communicant omnes) ueruna usum, mysterium in quam & ritum ab ipso Christo institutum, & ab apostolis usurpatum, quam minimum habetem ceremoniarum, proximeq; ad primitiuæ ecclesia ritum accedentem. Extat is typis excusus, ut non sit necesse pluribus cōmemorare. Quoties autem hanc celebrat, maxima cum religione, maximo cum spirituali gaudio & desiderio celebrat. Agit in ea gratias redemptori, peragit memoriam mortis domini, quam fide seu recentem contemplatur, confederatur, percipit fide ingenititia dona, exercet & profert certissima partæ salutis testimonia & signa à domino instituta certissima. Quia tamen Cœnam nō celebrat quotidie, sed certis modo per annum solennitatibus, Missa autem, dum florere inter nos papatus, quotidie celebrata est, ne quis cultu dei clamaret imminutum, & quia religio præterea suadebat, pro celebrationibus Missarum quotidianis, institutum est, ut cœant quotidiane manutinis horis seu illucentia iam die cœtus sacri, in quibus & uerbum dei annūciatur beneficiumq; Christi redemptoris, una cum studio uerae pietatis & innocentiae, tum claritatis commendatur, & oratio fidelis pro omnibus necessitatibus una cum gratiarum actione offertur domino, iuxta præceptum Apostoli 1. Timothei 2.

Instituta Iam & Baptismum, Pœnitentiam, Impositionem manuum, Matrimonium (quæ ferē sub numero sacramentorum comprehenduntur) absq; super Catechismum puerorum, & Curam uisitationemq; infirmorum seu situatione reægrotantium, ac ritus circa hęc salutares, non abiecit ecclesia nostra tenet. penitus, sicuti superius quoq; attigimus, sed repurgata à nimis cere monijs

monijs abusibusq; ad scripturarum simplicitatem, & ad priscam puritatem reformas, retinuit & usurpat, quæ uidelicet ad ædificationem conducere uidentur q; plurimum. Cæterum linguam Latinam quam *Latina lingua* papistica usurpauit ecclesia in sacris ceteris hucusq;, ea nō amplius sua mutantur ecclesia nostra. Nam sicut dementia & insania extrema est, pre ta in Geras, sermones & ritus sacros, qui ex aequo pertinent ad omnes, & in manicam, telligi ab omnibus, quia omniū mentes mouere & instruere debent, barbara proponere lingua: ita ex diametro pugnat cum apostolico canone, i. Cor. 14. ut nihil nunc dicam de constitutione imperatoria, que his uerbis prodita est, Iubemus ut omnes episcopi pariter & presbyteri non tacito modo, sed clara uoce quæ à fideli populo exaudiatur Sacram oblationem & Preces in sancto baptismate exhibitas celebrant, quo maiore exinde deuotione in depremendis domini dei laudibus audientium animi efferantur. Ita enim & D. apostolus docet in epistola ad Corinth. &c. Nostra ergo ecclesia uulgari & Germanica lingua uititur in omnibus ad religionem pertinentibus, ac in sacris suis ceteris publicis, ut omnes & singuli quid dicatur, quid agatur, & in quem finē fiant omnia, intelligent, ac ex ijs ædificetur.

Restituta est & Oratio populi fidelis, præsidium ecclesiæ cum firmatum tum tutum, suo nitori. Omnes enim preces, obsecrations, invocations & gratiarum actiones, offert ecclesia uni deo omnipotenti, per Iesum Christum dominum nostrum. Nam ut neminem adorat, nemini uota nuncupat, nemine inuocat, nisi deum patrem omnipotentem & omniscium: ita nullo alio apud parrem intercessore q; Iesu Christo uero deo & homine uititur: cuius quidem sacerdotium unicum fidele perpetuum & æternum agnoscit & confitetur per id, quod à solius sacerdotis huius intereuētu dep̄det apud Deum. Creaturas inuocare, creaturis quantumuis sanctis, corda effundere precesq; offerre, hoc est deo debitam gloriam creaturis communicare, plane irreligiosum esse creditur. In templis nostris publicis nemini porto permititur preces cuiquā uendere, id est orare aut canere proprie. Oratur autem ab omnibus & pro omnibus assidue ex charitate & officio, pro quibus orare iussit dominus. Et ut statæ orationibus publicis sunt horæ, ita oratio fidelis nihilominus libera est: item tamen nec clavo caret nec ordine. Musica in templis nostris audiatur plane nulla. Tempus quod sacris destinatum est ceteris, duntur synceris precibus & salutari uerbi dei prædicationi impeditur totum: ne forte delassata fidelium mentes prolixo cantu, parum alacres sint cum precandum ac uerbum dei audiendum erat. Iam & Horæ, ut appellant, canonice, è templis nostris sic sunt sublate, ut is Psal-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

morum numerus, ex lectiones, antiphonæ, illa responsoria, illi hymni & uerbi non canantur aut recitentur, sicuti consueuit olim, immo huius nihil amplius apud nos auditur: sed lectio interim canonico-rum librorum adeo non est sublata, ut iam multo maiori cum diligentiæ & utilitate ecclesiæ legatur, quam ante unquam. Nam ad cano-nem apostolicum i. Cor. 14. pars temporis, quæ horis illis ferè tumul-tarie demurmurandis impensa est, nunc prophetæ, id est lectioni ex aliena lingua & explicationi uerae canonicae scripturae destina-tur. Quotidie enim in sacro coeunt auditorio, qui donum consecuti-sunt linguarum, ac literas sanctas legis & prophetarum, &c. primo quidem ex Hebreæ & Græca lingua recitant & interpretantur, dein de usum earum & quomodo ad ædificationem ecclesiarum aptari debeant, indicant. Mox autem hac collatione finita, prodeunt ad ple-bem concionatores, & plebi explicant vulgari lingua, quæ in pere-grina inter doctos dicta fuerunt, quæ uidelicet ad ecclesiæ ædificatio-nem pertinere uidentur: quod simul atque perfectum est, publica ad-deum effunditur ab ecclesia oratio.

Reflexetur uerus dei cultus, studio iusti-tiæ, charitatis, innocentia, pacis, beneficentia, constans, restituat atque asteri in ecclesia nostra. Proscripta est & grauissimis penitentiæ prohibita mercenaria militia, quam inter nostros Romani illi imperatores potius quam pontifices, maximo nostrorum damno, olim fouerunt studiofissime. Pensiones à regibus & principibus adeoque uel terunci-um à bellorum ducibus accipere, capitale est. Itaque non tam concio-nibus sacris, quam legibus publicis plantatur pacis & beneficentia studium, excluditur otium, multorum scelerum fomentum, reuoca-tur labor manuum sanctus, & negotiatio honesta. Sunt discipline publicæ præfecti, quam conseruent & qui effrenes, contumaces, pa-rumque religiosos coercant, uiri & seniores ecclesiæ destinati. Blasphemiae enim, execrationes, compotationes, alea, luxus, scortatio, negle-ctus sacrorum, & si quæ huius generis alia sunt flagitia ac uitia, puniuntur. Exercetur ab illis & tempestiuæ admonitio & correctio sa-lutaris. Nec deest nostra ecclesiæ & eiusdem atque absconditio, erga despe-ratos duntaxat usurpatam. Templorum iustus ornatus creditur esse legitimus & fidelis doctrinæ & sacrorum usus, luxus in facris & superbiæ contemptus atque conculcatio. Omnem ornatum constituit in virtutibus, non in gemmis holosericis aut māmona iniquitatis: immo & iustum dei cultū esse reputat. Intelligit præterea iniustas facultates, non monachis aut idolis pendendas, sed uel ipsis qui defraudati sunt,

uel pauperibus & serio egētibus: sed & restituta seu collata iam olim
in usus idololatricos distribuit pauperibus. Ethnici cultus nulla uel
uestigia apud nos reliqua uisuntur. Sublata sunt una cū idolis aræ,
anathemata, sacella atq; phana. Grauissime in pietate & religionem
Christianam peccasse uidetur, si quis fidelium nostrorum peregrina-
tionē religionis imo superstitionis ergo, suscepisset aut perfecisset.
Cum pontifice Romano nostra ecclesia nihil est negotij amplius,
totidem cum eius benedictionibus, legibus, indulgentijs. Huius uel
Domitian pedes exosculari in idem recidere credit. Nouas ceremo-
nias, nouos cultus, noua festa & nouas consuetudines, non cudit in
diem: semel autem ex scriptura & ingenio pietatis ac charitatis reli-
giose receperis, constantissime adhaerendum esse putat. Ieiunia quoq;
nulla sunt ei coacti aut præscripia, sed in cuiuscq; arbitrio liberu per-
mittitur, quando, quoties, & à quibus maxime rebus abstineat, cor-
pusq; castigans spiritus subiiciat dictamini. Perpetua certe abstinen-
tia, & corporis castigatio temperans & religiosa, urgetur in do tri-
na quotidiana. Nouit illa deniq; inter uera dei Christiq; & menda-
cia Antichristi prodigia, uerbis edocta Apostoli 2. Thess. 2. probe in-
terstingueret, sibiq; diligenter ab his cauere.

Turbæ sacrificum & monachorum, quæ ab initio apud nos erat Quid actu
ingens, nulla uis per nostros illata est, nemo horū beneficio suo spo-
liatus, nemo coactus, nemo est proscriptus, nisi qui turbas mouere, cum sacrifici
cis & monachis
& ueram religionem subuertere uellet. Alioqui singulis permisso
est sacrificis pie & circa superstitionem sub publica disciplina & reli-
gione, sub æquis magistratus legibus, suo beneficio aut sacerdotio
uiscib; facultatibus secure & tuto frui. Proscripta est autem foeda sacer-
dotum fornicatio: coniugium uero sanctum, omnibus instituto do-
mini uti uolentibus, permisum est. Ceterum si quis cœlibem uitam
uiuere maluit, ac interim cœlibatum uagè suæ libidini dolose & ma-
litiose non prætexuit, nemo prohibuit, laudarunt eximium dei do-
num omnes. Ita etiam cœnobitis, tam monachis quam nonnis, per-
missa est libertas, & legitimæ quidem illa, agendi uidelicet quæ ho-
nesta sunt, & quæ deo placent: non autem libidinandi & indulgen-
tiæ genio, turbaditiæ ordinem ecclesie sanctum. Aperiunt enim cœ-
nobitis cœnobia, liberumq; illis permisum, uel manendi in cœno-
bio, sed ne quid interim exercerent impietas aut superstitionis, quin
uicerent magis sub religione euāgelica, & sub legibus publicis: uel
egrediūdi mutandiq; genus uitæ monasticæ in ciuile. Ergo qui man-
secunt, uiuunt ex facultatibus ecclesie, sicuti antea, mutarunt tamen
habitum, posueruntq; superstitionem monasticam, inuisunt autem

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

cōtus sacros, & seruunt domino in uera religione. Qui uero egressi sunt, uel literis sese consecrarunt, atq; ad ecclesiæ ministeria, si quidem idonei digniue inuenti sunt, uocati, uerbū dei aunc annūciant: uel manuarijs artibus sese addixerunt, manu & honesta aliqua negotia tione sibi nunc uictum querētes: quos omnes magistratus iuuit sub fidio aliquo è facultatibus ecclesiasticis desumpio.

Versus opum. Falsissimum enim est quod magistratui nostro à quibusdam im-
ecclesiastis: pingitur, per sacrilegia pulsis sacerdotibus, & electis monachis diri-
carum. pere beneficia, adeoq; facultates ecclesiæ omnes in priuatum suum
redigere usum. Nā singulis collegijs, cœnobij aedibusq; sacris cœco-
nomi sive diaconi, ritu veteris ecclesiæ apostolicae, prefecti sunt, à qui
bus magistratus œconomiae administratæ rationem reposcit. Norit
isti ex ordinationis ecclesiastice tenore, quid & quibus expendant
œpes concreditas. Et cedit quidem pars illarum facultatum ijs, quos
modo diximus in cœnobij, posita tamen superstitione, mansisse, aut
retinuisse sacerdotia. Pars cedit mendicis, quibus ad eum modū ele-
mosyna adhuc erogatur, sicut fieri consueuit dum adhuc regnarent
monachi. Pars publicis templorum scholarū aediumq; ad cœnobia
& collegia pertinētiū aedificijs impenditur. Stipendia hinc quoq;
iusta penduntur œconomis & ministris publicis. Quædam bona per-
missa sunt parochijs, ut inde publicis ecclesiæ necessitatibus subue-
niatur. Bona pars cedit ecclesiarum pastoribus, concionatoribus, le-
ctoribus, ministris atq; scholis: atq; hic admodum liberalis est ecclie-
sia, studijs bonis & pijs admodum cupiens consultum. Vnde & ue-
tustissimum illud collegium, cuius superius mentionem fecimus, &
quod Carolus magnus sanctorum Felicis & Regulæ appellauit, to-
tum ferè studijs sacris destinauit. Nam distribuuntur quædam ex eo
etiam in eleemosynā publicam. Iam & indigenis pauperibus, orpha-
nis, pupillis, uidiuis, morbis & senio confectis, alijsq; calamitosis ho-
minibus, liberalissime suppeditata ex bonis seu facultatibus ecclesiasti-
cis. Si quid uero post hos usus sanctos & necessarios superest opū sa-
cerdarū, publicis seruatur calamitaibus leuandis. Habet enim ecclesia
uos thesauros, habet cellas & granaria, in quibus ea bona fide con-
seruantur. Cæterum iurisdictiones & imperia clericorum suscepit
magistratus gubernanda, idq; ex liberali eorum resignatione (ut uo-
lent) in quorum potestate erant. Agnoscent enim omnes pij quid
inconsulta edocti, &c.

Rom. eccl. Sic autem coepit & felicissime perfecta est Tiguriq; ecclesiæ refor-
matio, quemadmodū hucusq; rudi, quod dici solet, Minerua adum-
braui.

draui. Non adieci singulis locis sua scripturæ testimonia. Nam historiam fere confignare non disputare de locis cōtrauersis uolui. Sed & scripturarum testimonia in libris nostrorum iam olim copiosissime recollecta uulgata sunt. Præterea non arbitror esse quenquā qui non uideat, modo sacrarum literarum non sit rudis plane, ea qua instituta sunt & mutata apud nos, iuxta scripturas regulamq; charitatis et pietatis esse instituta atq; mutata. Ea re quid peccauit obsecr^q eccl^{sia} nostra contra illas æquas leges? At dicit Cochleus, non licere ulli ecclesiaz priuata & propria sua potestate & incōsulta ecclesia Romana, nec dum consentiente episcopo, loci ordinario, quicquam innouare aut reformare in ecclesia. Sed quibus hoc nobis probabit scriptris? Cum enim præcipitur aliquid à Christo ecclesiaz, an non obtemperabit hæc, nisi iubeat Papa, nisi consulat & consentiat episcopus? Quid audio? Quæ hæc quæso uisania est? Quinimò si quid præcepit Christus, prohibeat autē hoc ipsum Papa cum omnibus episopis, Christo obsequēdum erit, calcato omnium episcoporū mandato. Præcepit autem reformationem dominus ecclesiaz. Sanam & euangelicam doctrinam commēdauit, unā cum legitimo sacramentorum usu: idem cōdemnauit falsam & superstitionem hominibusq; profectam doctrinā, unā cum prophanatione abusibusq; sacramentorum. Proscriptis idem ille falso cultum, uerū tradidit, idq; in uerbo suo per apostolos: quemadmodum uerbum ueritatis in scriptura abunde testatur: cur itaq; non liceret ecclesia nostræ regi & principi suo obsequi, & iuxta legem & mandata illius omnia sua instinueret? Habent potestatē singulæ nationes, singulæ urbes atq; ecclesiaz, quæ religionis Christianæ sunt procurare, cum omnibus præceptum sit ut credant euangeliō, hoc ipsum cōfiteantur & propagent pietatem: habent ergo potestatē & uitia, si quæ irrepserunt, corrigeret, idq; ad uerbum Christi ecclesiarum supremi principis. Historiaz ecclesiastiq; commemorant diuersis in prouincijs synodos esse celebratas, in quibus actum est de fide ecclesiarumq; reformatione, nulla interim uel mentione habita Romani pontificis. Quid quod inuenias in quibusdam consilijs, excommunicatū esse eum, qui à sua nationis consilijs, Romam prouocasset. Intellexerunt enim singulis pastoribus certam gregis portionem esse attributam, quam regat quisq; rationem sui actus domino redditurus. His accedit quod sacerdotes & magistratus Israelis, qui ad regulam uerbi dei suas reformarunt ecclesias, auferentes idolatriam & falsam doctrinam, rursus autem uerum cultum cum sana doctrina restituentes, felicissimi erant, & beatissimi prædicantur in uerbo ueritatis: contrā uero infelicissimi fu-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

runt, damnatiq; ab ipso domino, & domino fauentibus omnibus leguntur quicunq; diuersum instituerint.

Reformatio non quisquam suspicari possit, reformationē aut immutationē rerum, quae sitas suo cōceptam esse querendarū gratia uoluptatum. Magistratus nostri gloriantes, uia profecto sustinent onera, pro uirili res curant ecclesiasticas, inter potentiam, rim nec reipublice desunt, pro qua inuigilant studiosissime. Studia literarum promouent, pauperum miserentur, pacis deniq; studiosissimi, potentissimorum etiam regum federa & munera ingentia spernunt, necubi exterorum bellorum fiant participes: nec uulgaria multorum sentiunt odia, quod hucusq; innocens pauperum sanguis in oculis eorum habetur pretiosissimus. Nos quibus ministerium uerbi & ecclesiarum creditum est, grauissimam sustinemus persequitorum, quando aduersarijs nostris quicquid liber, licet. Sed quid agimus? Pergimus alacriter, domino iuuante, in officio nostro: patienter sufferimus, & sibi res postulare uidetur, aduersarijs respondemus, atrocias nihilominus conuicti, iniurias grandes, deuoram us adeoq; & concoquimus: promouemus quantum nobis licet literarum studia bonarum sacrarumq; pietatem ueram & sanctam uitā innocentiam plantamus. An uero his nostris studijs & laboribus opes quarti mus a ut potentiam huius seculi! Potentiam, gloriam & uoluptates huius seculi deposuerunt multi nostrorum urbi boni, qui cum opibus & luxu certare potuissent cum nobilissimis huius mundi procurribus, maluerunt tamen sese magistrati subjicere, positaq; gloria seculari, in humilitate & temperantia seruire Christo domino. Abbatess opulentissimos, Præpositos gloria præcellentes & Prælatos ecclesiæ primarios nominatim recensere possem, si liberet gloriari in hominibus. Hi certe omnes cum eximio dei propheta Mose, potius elegunt simul malis affici cum populo dei, q; temporarijs peccati commodis frui, maiores arbitrantes diuitias probriū Christi, q; Aegyptiorum thesauros. De opibus ministrorum uerbi dei apertum est, morientes liberis non amplas, imò ne mediocres quidem relinquere hęditates. Certe cum tranquillus uiuere, & facultates non spernendas nobis parare possemus, si quidē arma deponere, & in adueſtiorum caſtra liberet concedere, bellum tamen, labores atq; mille magis deligimus pericula. Nec caruit hucusq; nostrum ministerium splendido per Christi gratiā fructu. Sunt enim pñ & fideles multi, qui calcato in quo ceciſſimundo mūdo, Christo se totos consecrarunt. Iam tranquillæ erit Zūn. sunt reipublicæ nostræ. Vtica exorta turba est, sed ea cauſas habuite ḡl̄us. ciuiles non paucas, quas cum ignorat Cochleus, Zuinglium bellum uilius

utilis authorem & incentorem præcipuum facit, sequutus nimirum
osorum Zwinglii petulantes calumnias & audacia mēdacia. Quem
admodum & illud ex seipso fingit, aut ex mendace aliquo profun-
dit, quod scribit Zwinglium inter recens occisa corpora seminecem
& adhuc spiratēm, fortuito repertum, protractumq; in iudicium, &
ita extremo affectum esse supplicio. Cecidit enim in acie inter hone-
stissimos quosq; ciues fortissimosq; viros, pro religione & patria pu-
gnantes, Zwinglius, ac monius, non viuus, in hostium manus deue-
nit. Ceterum non miror Cochleum alioqui maledicū, ista uel con-
fingere, uel ab alijs prius conficta, impudenter proferre: id magis mi-
nor in historijs quibusdam, & quorundam Chronicis, quibus nihil
falsi debebat misceri, pudenda quædam de hoc bello scribi menda-
cia, quæ tamen impressa publice leguntur ab omnibus pro certissi-
mis. Exrat Chronicōn Ioannis cuiusdam Carionis, hominis ut per *Carionis*
alia non indiligētis, ita in hac re uel plus nimium creduli uel planè *Chronicos*,
uani, ut ne quid dicā aliud. Nam scribit hic Tigurinos tribus fusos
prælijs, hostium cecidisse pauculos, Tigurinorū uero desiderata 5000.
Cum reuera non nisi semel atq; iterum collatis signis conflctum sit.
Primum quidem ad Capellas, ubi soli Tigurini in patro adhuc so-
lo consistentes, necdum bene collecti, imò dispersi magis, & feruenti
ex urbe ad terminos tuendos cursu fracti ac pauculi numero, cum
ualida & instructissima Quinquaginorū manu, infeliciter quidem
sed fortiter tamen, quod ipsi etiam hostes fatebantur, pugnarunt, il-
lā magis hostiū uim excipientes, quām inferentes ipsi hostibus.
Deinde in monte Tugino, ubi rursus Tigurini pauculi, iustus enim
ipsorum exercitus Bernatibus ac reliquis socijs coniunctus, alibi ca-
stra posuerat sed sociorum tamen non imbelli, nec imparata manu
adiuti, hostium nocturna & repentina irruptione oppressi quidem,
sed non ita tamen protriū atq; excisi sunt, sicut spargit Chronogra-
plus ille. In utroq; enim prælio Tigurinorum uix 600. desiderata
sunt, ac totidem fortassis sociorū in prælio illo posteriore: quanquam
hic etiam numerus fatis funestus atq; nimius haud in merito bonis
omnibus esse uideatur. Sed de his suo loco & tempore diceatur for-
tassis copiosius. Hæc autem per occasionem nunc annotata dunt
at sufficiant.

Respondeatur ad ea que Cochleus de authoritate Consiliorum à sede
approbatorum, & de sedis Romanae maiestate attulit.

Caput XXX.

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

De authori
tate Consi-
liorum à se
de aporoba
torum.



Ostremo ac in calce ferè libelli sui ita cornicatur & ine-
ptit aduersarius, ut omnibus suspicionē iniiciat, causam
lūceptā esse ab eo parū syncere. Aut enim nō est uol-
runt, aut certe cum ratione insanit miser, aut iudicij ino-
pia laborans desipit plus q̄aniliter. Quis enim sensu communi ad-
huc utens, non obstupescat ad insaniam illam assertionem, qua ille
omnia Consilia à sede Romana approbata, contendit ab ipsomet
Christo (ita enim loquitur) & à spiritu Christi sancto esse dictata.
Quot enim decreta & constitutiones, presertim in postremis illis, san-
cta sunt, quæ cum scripturis & uera pietate pugnant ex diametro?
Quid quod ipsa mutuis se se consuerunt, cassarunt annihilaruntq;
condemnationibus & anathematismis? Ac in uno, ut multa alia
transeam, Constātiensi Consilio, præ ceteris ferè omnibus à sede ap-
probato, quot obsecro reperiuntur errores? quot scandalū? quot im-
pietates atq; sacrilegia?

De Roma:
næ sedis ma-
iestate.

Deinde cum tot tantisq; laboribus Romanam illam sedem orna-
re gestiens, demōstrare conetur, ne quicquam ipsam oppugnari à no-
bis, cū inexpugnabilis & imperterrita consistat aduersus ipsas quoq;
inferorū portas, quid aliud q̄ arcem facit ex cloaca? Satis scitur quan-
tum ualeat Pontifex, tum armorum potentia, tum federum auxilijs,
tum pecunijs: sed hæc communia habet cum Pharaone, cum Antio-
cho, cum Herode, cum Nerone ac Diocletiano. Rursus non ignora-
tur quantum illa uis immensa intra pauculos annos attrita sit, & ab
illis quidem attrita sit, qui contempi & ab omnibus ferè damnati,
euangelium Christi Iesu prædicauerunt. Ac stulta quidem hæc euau-
gelij annunciatio plus nocuit in orbe Christiano papatui, quam in-
structissima & inclita illa Germanicorū imperatorum Heinricho-
rum, Friderychorum & Ludouicorū mauortia arma. Verum causa
in promptu est. Nam scriptum est, Terram percutiet uirga oris sui, &
spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et iterum, Quem domi-
nus conficiet spiritu oris sui, & abolebit claritate aduentus sui. Nūc
itaq; per uirtutem euangelij, non per artes ullorum hominū, cadere
& inclinare incipit, qui sedem suam in excelsis cum altissimo collo-
cauit: Christo autem ea gloria reseruatur, ut in uniuersum aboleat re-
gnum illud impurissimum. Interea uero donec iudicaturus ueniat do-
minus rex, & princeps noster, sequier ac regnabit Antichristus ille. De
typo enim eius legimus, Stabat rex fortis facie, & intelligēs ænigmā
tis pollebit uiribus, nec tamen è sua uirtute, & miris modis uasta-
bit, ac prospero successu rem geret, & infestabit robustos ac populū
sanctorum. Et pro sua calliditate feliciter per dolos negotia sua expe-
dit.

Isaiae 11.

2. Thessal. 2.

diet. In animo etiam suo magna sibi sumer, copiaq; refū instructus uantabit multos. Ad hæc resisteret summo principi, & absq; manibus conteretur. Tempus uero illud propè est. Time ergo deum, & da illi honorem, quia mox ueniet hora iudicij eius: & adora illum qui fecit cœlum & terrā, & omnia quæ in eis sunt, qui dedit filium suum pro nobis in morte, qui est princeps, sacerdos, redēptor, resurrectio, uita, spes, gaudium, adde & uindex & iudex ecclesiæ catholicae. Renuncia bestiæ & imagini eius, ne aliquando bibas de uino ire dei, & crieris igne & sulphure in conspectu sanctorum angelorum, & ante conspectum agni. Dominus exticeret te ex erroribus, & liberet te ab omni malo.

Valde autem irasperis, & grandia mihi & omnibus nostris impu^{cas}tas mendacia, quod ex historijs Phocæ Imp. adducens, dixerim hunc put omniū primum constituisse, ut Roma esset Caput omniū ecclesiarum. Opecclesiariū. Ponis tu mihi Platynam, qui non dicat, Ut esset caput, sed, Quæ est ca^{put} omnium ecclesiarum. Adducis quædam & ex Iustiniani Codice, testan*tia* Romanam ecclesiam & Iustiniani Imperatoris sæculo appellata caput omnium ecclesiarum. Verum sciui ac legi id quidem iam olim, nec disimulaui (bona ubique fide uens) in libro meo. Diversis enim uerbis, Huc pertinere puto, dixi, quæ legitur in initio Codicis Iustiniani, & in Nouellis, &c. Quomodo autem & quare illi tanta Romæ tribuerint, in eodem quoque libro subindicaui. Legi sanè mihi Cochlee, apud Cyprianum sanctum dei martyrem, qui aliquot saeculis Iustinianū Imperatorem antecessit, Romanam in epistolis ipsius vocari primam siue præcipuam ecclesiarum, matrem denique ecclesiarum. Sed quid tum postea? Maiora meruit præconia illustriusque ornata est à prophetis Hierosolymorum ecclesia. Quare oro? Quia retinebat puritatem doctrinæ, & syncerum dei æterni cultu. Eum ubi corrupisset, & corruptum tueretur strenue, ab ipso domino ac ministris eius appellatur postrema, imo meretrix, Aegyptus, impietatis officina, Sodoma, Gomorra, adeoque & latronum spelunca. Prærogativa illa uetus ecclesiæ Romanæ, puritatis uerius doctrinæ accultus fuit, quam loci & episcoporum loco ministrantium: quanquam & histeres synceriores episcopi Romani, titulis illis magnificis uti noluerunt, capitii & uniuersitatis uocabula plane reiſcentes. Gregorius enim ad Mauricium Imperatorem, Antichristi præcursor est, ait, quisquis appellari cupit Vniuersalis episcopus. Et iterum ad Antiochenum & Alexandrinum episcopum, Nouit, inquit, ueneranda sanctitas uestra per sanctam Chalcedonen. Synodus Pontifici sedis apo-

AD IO. COCHLEI LIBELLVM

stolicæ, cui deo disponere seruio, hoc Vniuersitatis nomen oblatum esse, sed nullus decessorū meorum hoc tam prophano uocabulo usi Phocas & consensit, &c. Cæterum cum post mortem Gregorij Ioannes patriarcha Bonifacius, cha Constantinopolitanus capitis universalisq; titulum ambitionissimum ad se ac suos successores rapere contenderet uiribus suis omnibus, ac huic Bonifacius episcopus Romanus artibus & uiribus suis omnibus exeritis obstaret, non iam ne minimi, aut omnibus ex æ quo prærogatiuam illam communicari cupiens, sicuti fecerat Gregorius, sed sibi iam soli anhelans conferri, Phocas litem hanc publico decreto diremit, Bonifaciusq; prophanum sibi titulum munificentia Imperatoris concessum, usurpauit: ut quāquam capitis mentio olim quoq; facta, ac titulus is & antiquioribus sit oblatus (non à Christo quidem, sed ab hominibus) merito tamen indepti imperij regniq; usurpati originem referamus ad Phocam Imperatorem, & Bonifacium pontificem. Nec pro me adduxi Platynam, ita uti calumniatur Cochleus, nec uitiaui uerba eius. Paulum diaconū adduxi, is ad uebum sic habet, Phocas rogante Papa Bonifacio, statuit sedem Romanae & apostolicæ ecclesiæ primam esse, cum prius Constantinopolitana se primam omnium ecclesiarum scriberet. Ac transcripsit hæc ex libro Bedæ de ratione temporum, à quo ea quoq; mutuauit que suis Chronicis inseruit Abbas Uspurgensis. Ottho Frisingensis lib. Chron. s. cap. s. Bonifacius III. inquit, impetravit à Phoca, ut ipsius auctoritate Romana ecclesia caput omnium diceretur ecclesiarum. Nam Constantinopolitana se primā, puto propter regni sedem, illuc trāslatam, scribebat. Sed & Vincentius in Speculo historiali lib. 23. cap. 107. Bonifacius, inquit, obtinuit apud Phocam imperatorem, ut ecclesia Romana caput esset omnium ecclesiarum: quia ecclesia Constantinopolitana scribebat se esse primā omnium ecclesiarum. Hæc cum ita habeant, quid oro mentitus sum, qui nihil aliud dixi, q; quod his storiæ ante me aliquotidem uerbis scripserunt. Fateor Platynam scribere, Quæ est, non autem, Ut esset. Necq; ego Platynam de illo adduxi, sed de illo quod Bonifacius id non sine modica contentione impetrarit. Cui autem plus fidei tribuendum sit, Papæ ne iurato mancipio, an historicis antiquioribus, iudicet æquus lector. Piget enim his certe fruolis & nullius momenti nugis tantopere immorari.

Peroratio ad Cochleum A D T E nunc conuertor, mi Cochlee. Satis iam comēdi tecum, & fortassis acrius q; credant quidam ferre modestiam: sed prouocatus feci quicquid hic feci. Coëgisti me aliquando loqui acerbiora: quanquam & uolens & libens ipsum egerim negotium haec tenus, utpote indagandæ propugnādæq; ueritatis gratia. Intelligis autem ex

ex his & alijs meis scriptis, quid omnibus meis consilijs, dictis & factis
 queroram, quid spectem, quid propugnem, quid impugnem, &
 quid ab omnibus fieri cupiam. Cupio ex tota mente & anima mea
 tota ueritatem in ecclesia, ueritatem inquam scripturæ canonicae cer-
 tam, infallibilem perpetuam uigere, florere & regnare, & ad hanc o-
 mnia ecclesiæ negotia institui atque componi, præteritis traditionum
 humanarum inextricabilibus, & nunquā finiendis tricis atque mean-
 dis. Cupio ecclesiam Christi Iesu sponsam unicam, à solius sponsi
 uoce, imperio, amore & complexu pendere: in hoc omnia uitæ & sa-
 lutis collocare præsidia, ab hoc petere reposcereque omnia. C H R I-
 S T Y S enim Iesus uerus deus & homo, mundi est salus unica, sa-
 cerdos unicus & perpetuus, intercessor fidelis & unicus, hostia & ui-
 tima pro peccatis mundi unica & salutaris, satisfactione, redemptio,
 iustificatio omnium credentium. Cupio hunc à sanctis uera fide a-
 gnosci & recipi syncerissime, perque fidem ueram omnes coniungi
 cum æterno & summo bono, quo tandem sine fine, ubi hinc solue-
 rint, perfruantur. Cupio pace, charitate, iustitia & innocentia uitæ,
 seruiri deo, & coli dominum uniuersorum; ne uerbis duntaxat iacte-
 mus fidem, sed uitatem, in dictis & factis, uitam Christo dignam ex-
 primamusque religiosissime. Cupio ergo cultum dei uerum & legiti-
 tum sacramentorum usum reuocari & usurpari in ecclesia, citra o-
 mnem superstitionem & nundinationem. Cupio denique uitia, pec-
 cata, scelera atque flagitia cleri ac uulgi, ad regulam præceptorum dei,
 per gratiam Christi, & salutarem fidelis penitentia prædicationem,
 corrigi atque emendari. Cur ergo sancta haec cupientem, & salutaria
 haec mollientem persequeris Cochlee? Cur obsecro contra ueterem
 ueramque religionem, & contra propheticis & apostolicis scripturis in-
 tituentem doctrinam insurgis? Cur eos defendis, quos quales sint, ne-
 scire non potes? Impios, sacrilegos, Simoniacos, crudeles, superbos,
 ambitiosos, sanguinarios, stupris, incestu, luxu & execrandis implici-
 tos facinoribus, defendis, hostes Christi & religionis synceræ orna-
 & extollis. Conscientiam tuam appello Cochlee. Descende oro in
 temeripsum. Cogita de honore tuo, & de salute tua. Nescis qualis &
 quam spurca sit Papa, Cardinalium, Episcoporum, & totius cleri ui-
 ta. Quis deus, quae religio, quæ probitas, quæ honestas se se ex his pro-
 ferri. Vide Cochlee, uide, ne cum conselerata hac turba, quam tu uis-
 sanctissimam uideri, cui tu nequicquam conaris totum orbem con-
 nectere, & quodammodo conciliare, propter nephandum conatum
 de repente corripiaris, & pereas in æternum. Quare obsecro propu-
 gnas apertam, manifestam & confessam idololatriam? Quare defen-

AD IO. COCH. LIB. H. BVL. RESPONSO.

dis doctrinā Papæ multis modis & partibus longe corruptissimam.
Quare faues & participas omnia sacra prophenantibus, uidentibus atq; cal cantibus? Resipisce obsecro, mi Cochlee, resipisce. Satis superq; satis oppugnasti ueritatem & pieratrem. Si quid habes facultatis à domino deo nostro iusto, uiuo, uero & æterno, ipsi ac Christo dilecto eius filio, redemptori nostro, & ecclesiæ eius ueræ, impedito, segregare ab ijs quibus iam olim iudicium nō tardat: quos in ueræ pieratis & omniū piorum exitium pertinaciter tendere uides, certis, deprehendis. Senem te esse audio (alioqui enim mihi ignorissemus es) & ætatis prouectæ: memineris oro mortis tuæ ad fores & ibi & mihi propè cubanti. Memineris iudicis iusti domini nostri Iesu Christi, qui in euangelio suo, Estore, inquit, parati, quia qua hora nō putaris, filius hominis ueniturus est. Quis est fidelis seruus & prudens, quem præfecit dominus famulitio suo, ut det illis alimento in tempore? Beatus seruus ille, quem cum uenerit dominus eius, inuenierit sic facientem. Amen dico uobis, omnibus bonis suis præficiet eum. Quod si dixerit seruus ille malus in corde suo, Cunctatur dominus meus uenire, cœperitq; percutere cōseruos, edere autem & bibere cum ebris, uenier dominus serui illius in die qua non exp̄et, et hora qua ignorat, & dissecabit eum, partemq; eius ponet cum hypocritis: ibi erit ploratus & stridor dentium. Dominus Iesus ap̄iet tibi cor tuum, & misereatur omnium nostrum. Tiguri Mense Martio. Anno domini 1544.

F I N I S.

IN H. BVLLINGERI AD

IOANNIS COCHLEI LIBELLVM

Responsonem INDEX.



BELIS sacrificium	possunt	16.
gratulatoriū b 36	Augustinus de sacramento pa-	
Abrahæ sacrificium	schali	40
ex fide placet 57	Augustini sententia de oblatione	
Abulius ecclesiastici quales 63	Christi	ibid.
Acrimonia uerbi dei 7	Augustini sententia de sacrificio	
Agni paschalis sacrificiū, typus	& sacerdotio uno	b 44
Christi qualis 57	Augustinus de numero librorū	
Ambrosius de substantia & con-	canonicorum	b 46
substantialitate dei b 21	Augustinus de librorum Hebrai	
Ambrosius de eucharistiae sacrifi-	corum auctoritate	47
cio 40	Augustini sententia de doctrina	
Anabaptistarum exortus cui im-	Christiana	53
putandus 55	Authentici quare dicti Canonis	
in Anima Christi nihil pollutio-	ci	b 10
nis 26	Authoritati hominum nō nimis	
Animam rationalem in Christo-	deserendum	6
esse probatur 25	B.	
Antiquitas quæ damnetur, non	Baptismi ritus apostolicus qs	58
omnis 52	Belli ciuilis Tigurini ratio b 70	
Antonius Puccius Roma. Pont.	Berchtoldus Zaringen. mutator	
legatus tentatus ad bonum ec-	dinē collegij Tigurini b 60. 61	
clesiae frustra 64	Bernardi querela contra Roma-	
Apostolicae doctrinæ summa in	nos	b 62
sacris literis b 26	Biblia si à Iudæis corrupta 47. 48	
Apostolorū traditiones uiue &	Biblia quantisper latuerit eccl-	
scriptæ b 30	siias 50	
Apostolorū quales traditiones 32	Biblia iure vulgaribus translatæ,	
Apostolicae ecclesiæ doctrina &	pagina 49	
ritus prædicta b 64	Biblio & optimi impressores b 50	
Approbare scripturā, est censurā	Biblia Latina Tigurina qua lege	
sibi uendicare uerbi dei b 4	uersa 49	
Argumentum epistolæ ad Timo-	Biblia varijs linguis prædicāda	
theum b 64	& legenda à fidelibus omni-	
Articulū fidei patres tradere non	bus 49	

I N D E X.

Biblorum translationes multæ	Christus pro nobis execratio fa-
semper in ecclesia ad eius utili-	etus b 42
tatem b 48	
Bonifacius Moguntinus archie-	Christus semel oblatus 43
piscopus 62	Christus amplius sacrificari nō
	porest ibid.
C	Christus unicum sacrificium &
Canonicæ scripturæ prima debe-	quale b 57
tur gloria b 2	Christus sacrificijs significatus.
Canones apostolorum Clemens	pagina 57
nomine 32	Christus solus intercessor inuo-
Canonicæ horæ quomodo refor-	candus 69
mata Tiguri 68	ad Christū quomodo colliguntur
Canonicorum librorum nume-	oues eius b 58
rus 46	Christi fide quomodo iustifica-
Canonicorū librorum lectio ex	mur b 55
Hebreis sumenda 47	Christi non ministrorum sancti
Causa mala peius agitur à Papi-	tas spectanda 60
stis 35	in Christo omnia inculpata fide
Ceremoniæ quales instituendæ	libus ibid.
in ecclesijs 57	Christus præsens caput ecclesie,
Ceremoniæ nouæ papisticæ b 63	non Papa 58
Christi mysteriū ex Vigilio epi-	Christus unicus salutis author.
scopo b 24	b 58.
Christi testimonia de ueteri testa-	Christianorū appellatio pīs suffi-
mento b 3	cit 7
Christus imperat suę sponsæ, nō	Christiani. nō sunt noua secta 55
contra b 11	Clementis & similiū quāta au-
in Christo duæ naturæ & nativi-	thoritas 56
tates 24	Cleri & cœnobiorum diuitię un-
Ceremonialia muranda proban-	de ortæ b 63
tur scripturis b 28	Clericorū preces plebi uēditę 65
Christus sacerdos secundum or-	Comprehendi omnia in scripu-
dinem Melchizedek 41	ris 14
Christus sequendus, non sectæ,	Cochleus orat sibi respōderi b 1
b 40.	Cochleus pollicita nō præstitit 2
Christus seipsum semel obtulit,	Cochleus citatur ab Eccio b 3
b 41.	Cochlei institutum contra Tigu-
Christi sacerdotis nostri tēplum	rinos b 45
cœlum est 42	Cochlei præceptores allegātūr 59
Christus sacerdos ecclesiæ 41	Cœnæ dominice traditio qualis 68

I N D E X.

- | | | |
|---|-------|--|
| unde | b 31 | Consiliū generalis promissio 65 |
| Cœna dominica quid sit | 36 | Constitutiones humanæ quales
& quæ 33 |
| Cœna quomodo sit sacrificiū 36 | | Consubstantialitas filij ad patrem
probatur ex euāgelijs & Pau-
lo b 19.20 |
| Cœnæ dominicæ quis ritus sit an-
tiquissimus | b 56 | Corpus Christi oblatū sedet ad
dexteram patris b 43 |
| Cœna domini qua ratione facri-
ficium | b 39 | Consubstantialitas personarum
iuxta Augustinum 22 |
| Cœna Christi est eucharistica ob-
latio | 39 | Corpus domini nō offertur quo
tidie, sed semel 59 |
| Cœnam nō esse sacrificium pro
uiuis & mortuis, probatur. | | Creatura nulla inuocanda, sed
creator 68 |
| b 40. 41. | | Cultus dei externus qua ratione
probatur b 29 |
| In cœna accipimus, non damus.
pagina | 45 | Cultus dei uerus quomodo Ti-
guri restitutus b 68 |
| Cœnæ dominicæ institutio qua-
lis. | ibid. | Cypriani de sacrificio ecclesiæ
sententia 40 |
| Cœna memoria est immolati sa-
crificij corporis & sanguinis
Christi, non sacrificium 45 | | Cyprianus de libris canoniciis.
pagina b 46 |
| Cœna domini sacramentū unio-
nis & charitatis b 55 | | D |
| Cœnæ dominicæ quāta propha-
natio in ecclesia. b 62 | | Dignitas ecclesiæ qualis 33 |
| Cœna domini in locum abro-
gata Missæ posita 57.67 | | Diui minime adorandi, sed deus
solus 68 |
| Cœnæ mysteriū exponitur sim-
pliciter b 67 | | Disciplina restituta in ecclesia Ti-
gurina. b 68 |
| Cœqualitas filij ad patrem pro-
batur 19 | | Doctrina monachorū & pleba-
norum qualis nuper b 62 |
| Coessentialitatis nomen in diui-
nis unde 27 | | Dimitiæ ecclesiasticæ quomodo
dispensandæ b 68 |
| Concionatores indocti & teme-
rarij 51 | | Doctrinæ sinceræ restitutio b 65 |
| Confessio auricularis qualis 55 | | E |
| Confessio uera peccatorum uere
prædicatur b 54 | | Eccij dogma de autoritate uer-
bi dei 3 |
| Consiliū Laodicen. de libris ca-
nonicis b 46 | | Ecclesia catholica uera quæ iuxta
Laçtantium 60 |
| Consiliorum authoritas & ap-
probatio b 71 | | Ecclesiæ Christi doles etiam Ti-
guri ibid. |

I N D E X.

- Ecclesia catholica nō est ipsa tan
tum Romana b 6
- Ecclesia non uult sine scripturis
sibi credi b 34
- Ecclesia si liceat reformationem
aggrederi inconsulto Romano
Pontifice b 69
- Ecclesia Christiana unde & quo
modo nata 13
- Ecclesia qualis & quomodo au
dienda b 33
- Ecclesia ubi uerbū Christi ibid.
- Ecclesia quę sit uera Christi spon
sa b 11
- Ecclesia sponso connectitur per
uerbum dei & fidem ibi.
- Ecclesia colligitur euāgelica do
ctrina 53
- in Ecclesia catholica quę retine
re debeant b 53
- Ecclesia consensus nō caret sua
authoritate 13
- Ecclesia ut digna laudāda b 13
- Ecclesia à nostris colligitur, non
dispergitur b 57
- Ecclesia Papæ scissa in schismata
multa b ibid.
- Ecclesia ad regulam uerbi dei re
formanda b 58
- Ecclesia unde persuasa sit autho
ritas scripture b 5
- Ecclesiarū doctrina corrupta 62
- Ecclesia dei non contemnēda, ex
ponitur 30
- Ecclesia Christi ueræ signa quę.
b 59.60.
- Ecclesia columnna ueritatis 12
- Ecclesia dulce & uenerandū no
men b 11
- Ecclesiasticae traditiones nō alie
næ à scripturis b 33
- Energiam habet sacra scriptura.
b 10.
- Epiphanius in Panatio de con
substantialitate 22
- Episcopus ueritati contradicētes
redarguat 1
- Episcopalia iura ut cedant eccl
esijs 67
- Episcoporum ordinatio in eccl
esia Tigurina ibid.
- Epistolæ apostolicæ qua ratione
scriptæ 13
- Essentia diuinæ nomen ex scri
pturis probatur b 17
- Essentia nomen in diuinis unde
acceptum 21
- Eucharistia nobis ad salutem ha
betur 55
- Eucharistia quomodo sacrificiū
dicatur à patribus b 39
- Euāgelium uerum & antiquum
prædicatum Helvetijs 50
- Euangeliū quibus sit ueluti iux
ta apostolos, & Cochleū b 5
- Euangeliū cordibus insculptū 31
- Euangelij uiua traditio relata in
literas ibi.
- Euangeliū qua ratione suscep
tum Tiguri b 64
- Euāgelium minime falsificatum
à Tigurinis b 50
- Euangelica ueritas ab ecclesia re
cepta 13
- Euangeliorum cōscriptionis or
do b 31
- Execratio pro nobis fit Christus
b 42.
- Expiandi ratio ethnicorū per hir
cum ibid.
- Falsi

INDEX.

F

- Falsi crimen obiectum s^epe re-
pulsum est b 54
Felix, Regula & Exuperantius
apostoli Tigurinorum eccl^e-
sie b 50
Fides catholica unde dicitur b 11
Fidei certamen arduum est b 1
Fidei articulos nullos patres tra-
diderunt extra scripturam 16
Fides ecclesie consentit scriptu-
rae b 18
Fidei unica regula iuxta aposto-
los quae sit b 32
Filius dei seipsum patri immo-
lat 43
Fidei Christianae potissima capi-
ta b 51
Fides Iustiniani ad Papam Ioan-
nem 52
Fides sola iustificat, defenditur.
b 53
Fidei iustificatio qualiter prædi-
canda b 53
Fidei iustificationis doctrina no-
tice p*re*iudicat uere bonis operi-
bus b 53
Fidem ueram uanam non esse 54
Fidem Christi unde Tigurina ac-
cepit ecclesia b 50
Filiu patri consubstantialem pro-
barur scripturis b 18
Forum Papisticum contra uerbum
dei 55

G

- Germani per quos cōuersi ad Pa-
pismum 51
Gloria bene actorum, dei noⁿ mi-
nistrorum est b 6
Gratulatorium sacrificium b 35

H

- Hebraica ueritas authentica 49
Hebraica antiquitas & ueritas a-
sylum 47
Hebraicæ ueritatis puritas p*re*-
Græcae 47
Hebræa pro ecclesia sunt æque
uel magis q*uod* Græca 48
Heluerijs non nouum sed uetus
& uerum euangelium prædi-
catum esse 50
Hæreses damnandæ 52
Hæreses sepultæ non resuscitan-
dæ ibid.
Hieronymus de corruptela Bib-
liorum à Iudeis 48
Hierosolyma non Roma mater
omnium ecclesiarum 61
Hircus legalis Christi typus 42
Hominibus pijs & doctis quan-
sum tribuendum 7
Homousion filii esse probatur
scripturis 20.22
Homousion contra Arianos ex
scripturis b 22
Hostia Christus alias abrogauit.
b 43
Hugo episcopus Constantiensis
contra legatos Papæ 64
Huldrychi Zuinglij qualis uoca-
tio & doctrina ibid.
Hyperbole Cochlei & Papista-
rum 56

I

- Incruenta hostia Christus non
est b 57
Idola qua ratione ex templis eie-
cta Tiguri 66
Idolorum extirpatio laudabilis.
b 57.

INDEX.

- I**dolatria Christianorum eth-
 nico more b 63
Indulgentiarum negotiatio pro
 pugnata b 63
Innocētiae studium valde urgen-
 dum b 54
Interpretes plures ueteris & noui
 testamenti b 48
Ioannes euangelista unde suam
 habeat autoritatem 10
Iosephus historicus de canonis-
 libris 46
Imagoge in euangelicum nego-
 tium b 65
Isaia Christus legit & explicuit.
 b 9.
Iraelis ecclesia per scripturam re-
 darguitur b 12
Iustificatio quatenus tribuit ope-
 ribus 54
Iudæi si Biblia corruperint 48

L
Lactantius de signis ueræ ecclie
 Christi 60
Laodicen. Confiliū de libris ca-
 nonicis b 46
Legi quomodo nihil addēdum
 uel derrahēendum 28
Libri mutatio non est falsifica-
 tio 51
Librorum canoniconum autho-
 ritas 65
Linguarum studia promouēda.
 b 47.
Linguis uarijs prædicanda & le-
 genda Biblia. 49
Lingua Latina cur ab ecclesia Ti-
 gurina remota 68
Lingua quatenus coercēda b 52
Locus unus sacrificij unius b 44
- M**
Magistri in ecclesia qui dicantur.
 b 58.
Malachias de sacrificio Christia-
 norum b 38
Mariam dei genitricem esse, pro-
 batur scripturis b 22
Mariam perpetuam uirginē esse
 probatur 22
Mariæ uirginis dignissimæ lau-
 des ibid.
Mathæus Card. Sedunensis qua-
 lis b 63
Matrimonialium caussarū tracta-
 tio 67
Melchizedek typus Christi in q'
 bus 41
Melchizedek non sacrificat pro
 Abraham b 56
Melito Sardeñ. de sacrorū libros
 rum ordine & numero 46
Missa qua ratione dicatur domi-
 ni cœna 36
Missa sacrificium quomodo de-
 fenditur 39
Missa quæstuosa nundinatio cle-
 ri 63
Missa papistica abrogata qua rā-
 tione b 66
Missa ceremoniæ & partes à qui
 bus additæ b 58
Missa Romana ritus non rece-
 ptus ab omnib. ecclesijs b 58
Modestia decet uerbi ministros 2
Monachi quomodo in ordinē re-
 stituti 69
Monothelitarum error improba-
 tar 25
Moses unde habeat autoritatē.
 30.12.
Musica

I N D E X.

Musica eliminata ab ecclesia Tigurina qua ratione	68	P	
N			
Natuitates & naturæ duæ in Christo	24	Papæ coniuratorū crudelitas	59
Naturæ uox in Christo asserta & proprietatis	b 23, 24	Papæ nulla potestas contra Christum & uerbum dei	70
Naturæ duæ in una Christi persona	b 23	Papistici regni potissima capita.	b 51.
Noë sacrificiū typus Christi	b 55	Papisticum forum contra scripturas sacras	55
Nomina propria Hebraica cur mutata	b 49	Papistica ecclesia quantum scissa.	b 57.
Nouum testamentū sancte predicatum & impressum	50	Papisticæ ecclesiæ facies passim.	b 63.
O		Papistæ qualē experant resformationem	b 52
Obediendum præpositis qua ratione	30, 33.	Paschæ sacramētum explicat Augustinus	40
Oblatio incruenta qualis intelligenda	b 57	Pastorū in ecclesia legitimorum successionis signa quæ sint	b 59
Odienda quæ sint perfecto odio.	b 55.	Pauli doctrina scripturis comprehensa	27
Oblatio pro peccatis non necessaria postremissa peccata	b 57	Pauli doctrina de traditionibus.	b 31.
Ordo agēdi in responsionibus.	b 2.	Petrus unde suā habuerit auctoritatem	10
Offert Christus seipsum	b 38	Personarum in deitate distinctio probatur	17
Opera bona minime improban tur, sed docentur	54	Pœnitentia strenue & legitimate prædicatur	b 54.
Opum ecclesiasticarum usus in ecclesia Tigurina	b 69	Pœnitentia uera quæ sit	ibi.
Operibus quatenus tribuitur iustificatio	54	Pontifex noster non necessarios habet suffraganeos	42
Oratio quomodo restituta & reformata in ecclesia Tigur. 68		Pontifices Romani ueri pī plus res	59
Oratio ad sanctos corruptissima pagina	63	Pontificis Romani insolētia	63
Origenes de numero canonico rum librorum	b 46	Probāda in ministris quæ sint	7 b
Origenis laudatum studium circa Bibliorū translatiōes	b 48	Proclus Cyzicenus de uirginitate Mariæ	b 23
		Prophetæ unde habeant suam authoritatem	10
		Psalmarum numerus cur mutau	uu 2.

I N D E X.

- | | | |
|------------------------------------|-------|------------------------------------|
| tus | b 49 | Sacrifici quomodo in ordinem |
| Plaimi 109. multiplex uersio | 49 | restituti 69 |
| Q | | Sacramenta quatenus & quæ su- |
| Quæstus idolomania quantus. | | scipienda b 14 |
| b 63. | | Sacramentum corporis Christi |
| R | | Christus est 40 |
| Rebus non personis responden- | | Sacrificium eucharistia quomo- |
| dum | b 1 | do dicatur à patribus b 39 |
| Regula gerendorū in ecclesia | 56 | Sacrificium quid dicatur & sit 35 |
| Restituta meliora apud Tiguri- | | Sacrificiorū multæ species b 35 |
| nos | | de Sacrificio abrogādo Daniel. |
| Reformatio qua ratione tentan- | | b 38. |
| da | b 70 | Sacrificia abrogata omnia per |
| Reformatio uera & necessaria | | unum 44 |
| quæ | b 52 | de Sacrificio Missæ quid Cassio- |
| Resformatio Papistis grata quæ. | b 52. | dorus & Augustinus 59 |
| Regno Christi subditū qui sint. | b 11. | de Sacrificio Christi August. b 35 |
| Religiose loquendum coram ec- | | Sacrificium ecclesiæ quale sit 36 |
| clesia | b 1 | Sacrificium Abel, Noe, Melchize- |
| Ritus apostolicæ ecclesiæ pauci, | | dek b 36 |
| & quales | 56 | de Sacrificio corporis Christi 42 |
| Rixandi malum bono compen- | | Sacrificij unius unus locus b 44 |
| satum | 1 | Samson Mediolanen. rugigeru- |
| Romanæ ecclesiæ traditiōes | b 32 | lus Minorita Indulgenarius |
| de Romanæ sedis maiestate | b 71 | apud Heluetios 64 |
| à Romana ecclesia quare nūc fi- | | Sanctorū priscorum cōcors dog- |
| deles deficiant | b 61 | ma non contemnendū à pījs. |
| Romanæ nūc sedis scandalum | | b 52. |
| ecclesijs sanctis | 59 | Sanguis non hircinus, sed Christi |
| Romanæ nūc sedis doctrina | 59 | si oblatus b 42. b 57 |
| S | | Satisfactio iuxta Apostolum pre- |
| Sabbatū abrogari non posse | 29 | dicanda b 54 |
| Sacerdotū in ecclesia qualis suc- | | Schisma grauissimum in Papali |
| cessio | b 59 | ecclesia 59 |
| de uno Sacerdote & sacrificio | | Scripturis non credentes quomo- |
| Augustinus | b 44 | do instruendi b 5 |
| Sacerdos ecclesiæ semel obtulit se | | Scriptura canonica os est & uer- |
| ipsum | b 41 | bum dei b 7 |
| | | Scriptura ex seipsa autoritatem |
| | | habet 9 |
| | | ab |


I N D E X.

- ab hominibus nullā accepit Scri-
ptura authoritatem 11
Scripturæ ueteris processus 31
Scripturæ ut torquetur impie 34
Scripturæ non Iudæis authorita-
tem deferimus b 47
Scriptura ex seipsa interpretan-
da 53
Septuaginta interpretum autho-
ritas tractatur b 47
Spiritus sanctus testatur de ueri-
tate uerbi dei 5
Spiritum sanctum ab utroq; pro-
cedere probatur 26
Studium ecclesiæ Tigurinæ in
Biblijs 50
Superbia Luciferanica b 4
Suffocatum non edi qua ratione
prohibitum 29
Superstitionis successus religio iux-
ta uerbum dei 67
Synodi ecclesiæ reuerenter susci-
piendæ 52
Synodorum uetus mos reuoca-
tus 67
Synodi in ecclesijs seruandæ etiā
sine Papa 70
- T
- Tabularum fides seruanda san-
cta b 5
Tacendo crimen agnosci vide-
tur b 1
Templorum ornatus iustus quis
sit b 68
Terullianus de S. trinitate 18
Terullianus exponit Malachia
de sacrificio 39
Terullianus docet scripturā ex-
ponere 53
Templi Tigurini author b 60
- Tigurina ecclesia uetusissima 50
Tigurinam ecclesiam orthodo-
xam esse b 59.60
Tigurina ecclesia unde fidē Chri-
sti acceperit 60
Tigurinorū apostoli qui & qua-
les b 60
Tigurinæ ecclesiæ antiquitas b 60
Tigurinæ uerionis Biblicæ ra-
tio 49
Tigurinæ ecclesiæ querela cōtra
Romanos b 61
Tigurina ecclesia qua ratione re-
formata 62
Tigurina ecclesia qua ratione cō-
uersa ad euangelicam doctri-
nam b 64
Tigurinæ ecclesiæ reformatio q̄
modo suscepta 65
Tigurina Synodus celebris ibi.
Tigurini magistratus religiosa
prudentia b 65
Traditiones redactæ in scripta.
b 30
Traditiones patrum nō scriptar.
pagina 31
Traditiones apostolorum uiuæ.
pagina 30
Traditiones quomodo retinen-
dæ iuxta Paulum 32
Tituli librorum incerti s̄epius.
b 39
Trinitatis mysteriū scripturis pro-
batum ostenditur b 15.16
Tropis utuntur sancti authores.
pagina 53
- V
- Verbum dei lux est sole clarior.
b 3.
- Verbum dei approbatione non

I N D E X.

egere	b 2	bantur	37
Verbum dei ecclesia maius, q̄ ut oporteat comprobari	4	Vslus opum ecclesiasticarū	b 69
Verbū dei approbare & credere non idem	b 4	Votorum nouis usus apud mo/ nachos	58
Veritas confessā tuenda	b 1	Z	
Versio multiplex Bibliorum pro dest studiosis	49	Zachariæ testimonium de unico sacrificio	44
Victima pro culpis nostris Chri stus ex Isaia	b 43	Zuinglij doctrina uetus, non no ua simpliciter	50
Vigilius de duabus naturis in Christo	b 23	Zuinglij uocatio & doctrina ze lusq;	64
Virtus Christi dicitur etiam spiri tus sanctus	b 26	Zuinglius quid primo Tiguri predicari, & quo ordine b 64.	
Vocabula quædam excogitata, præter, sed pro scriptura	b 14	Zuinglij articulī L X V I I .qua ratione impressi fuerint Ger/ manice	65
Voluntates duæ in Christo pro-		Zuinglij quædā opuscula b 66.	

F I N I S.



H 69694-L